

IN PRIMAM

B. IOANNIS  
APOSTOLI ET EVAN-  
GELISTAE CANONICAM  
EPISTOLAM ABSO-  
lutissimus Com-  
mentarius.

*Auctore D. Ioanne Hesselio Louaniensi  
Sacra Theologia, dum viueret,  
Regio Louani Professore.*



L O V A N N I ,  
Apud Ioannem Bogardum, Sub Biblijs  
Aureis. Anno 1568.

0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18

IN PRIMAM  
B. IOANNIS  
APOSTOLI ET EVAN-  
GELISTAE CANONICAM  
EPISTOLAM ABSO-  
lutissimus Com-  
mentarius.

*Autore D. Ioanne Hesselio Louaniensi  
Sacrae Theologia, dum viueret,  
Regio Louani Professore.*



L O V A N I I,  
Apud Ioannem Bogardum, Sub Biblijs  
Aureis. Anno 1568.

*P R I V I L E G I V M .*

**R**EGLÆ MAESTATIS PRIVILEGIO CONCESSIONEM EST  
IOANNI BOGARDO, BIBLIOPOLÆ IURATO, VT IN  
TRA OCTO PROXIMOS HOCCE SEQUENTES ANNO  
IMPRIMAT QUOFUIS IOANNIS HESSELS A LOUANIO SA-  
CRE THEOLOGÆ (DUM VIUERET) IN ACADEMIA LOU-  
UANIENSÌ PROFESSORIS LIBROS; TAM EOS, QUI TYPIS EX-  
CUSI SUNT, QUAM QUI POSTMODUM EXCUDENTUR.  
È QUORUM NUMERO EST & HIC COMMENTARIUS IN  
PRIMÀ EPIST. IOANNIS. ET SIMIL QUOQ; INTERDICTUM  
EST ALIJS OMNIBUS, QUICUNQUE DEMUM ILLI SINT, NE  
EOS IMPRIMANT, AUT ALIBI IMPRESSOS IN DITIONES  
REGIÆ MAEST. DISTRAHENDOS IMPORTARE TENTENT,  
SUB GRAIBUS PCENIS, QUAS LITERÆ EXPRIMUNT.

Datum Bruxellis, die 12. Decembr.

Subsig. de Witte.

Anno 1567.

**IN PRIMAM IOAN-  
NIS APOSTOLI CANONI-  
CAM EPISTOLAM, AVTHORE  
Ioanne Hesselio Sacrae Theo-  
logiae Professore**

**P R A E F AT I O.**

**D**O MINVS noster Iesu  
Christus humani generis  
Saluator, per incarnationem  
sue mysterium, rem  
multo maximam, longe  
saluberrimam, aduentum  
videlicet suum in carnem, clarissimam omnibus  
& manifestissimam esse voluit. Vnde & innu-  
meris Mosaicæ legis ceremonijs, rebus itē mul-  
tis admodū mirabiliter in populo Dei gestis,  
multiplicibus quoq; & apertis Prophetarum  
vaticinijs eam prænuntiavit. Quin & ubi  
iam venit in mundum varijs morborum cu-  
rationibus, stupendis prodigijs, mirabili do-  
ctrina & suaui conuersatione, tot nimirum  
argumentis & quis esset, & quare venisset,  
declarare dignatus est: idq; quod magis cog-  
nosceretur, ipso aduentus sui tempore graui-  
simos errores veritati aduentus eius om-

A 2 minò

## PRÆFATIO.

nino aduersos in populo Iudaico disseminari  
permisit, ut nimis etiam ex contrarijs res  
adeo magna magis elucesceret ac illustrare-  
tur. Huiusmodi autem errores qui mulorum  
deinde aliorum origo fuerunt, duplicitis ferè  
generis inter Scribas & Phariseos tempore  
Christi extitere. Unus circa hominem redi-  
mendum: alter circa redemptorem. Nam in  
primis quidem humana natura deprauatione  
nē ac corruptionē non agnoscebant, eōq; nec  
medico ei & saluatore opus esse. Cum enim  
iustitiam legis Dei non in praecepsen-  
tia interna refectione; sed externis tatum  
operibus, que ut cunque praestabant, sit am  
arbitrarentur, iustos se esse censebant: & si-

Luc. 18. *Confidebant in se tanquam iusti. Legem autem se contra morem patrum,*  
Beda in II ca. Luce. *sine fide & gratia Iesu Christi & seruare, & seruandam tradere presumebant: atq; ideo iugum Christi suave et sarcinam eius lenem,*  
*vbi requies est animarum, procul abiçere & exterminare tentabant, cum scriptum sit: Iustus ex fide viuit. & Apostolus Petrus dicat: Et nunc quid tēatis Deum imponere iugum super ceruicē discipolorum, quod neg patres nostri, neque nos portare potuimus?*  
Abac. 2. *sed*

Errores  
circa Chri-  
sti tēpora.

Primus  
error.

Luc. 18.

Beda in II

ca. Luce.

Abac. 2.

Roma 1.

Actor 15.

## PRÆFATIO.

sed per gratiam Domini nostri Iesu Christi  
credimus saluari, quemadmodū & illi. Vnde  
improperat legisperitis Christus: Et vobis le-  
gisperitis via, quia oneratis homines oneri-  
bus que portari nō possunt. Nō possunt enim  
onera legis portari eō modo, quo isti legisperi-  
ti hac imponebant hominibus; ut videli-  
cet legem impleret nulla cogitat a gratia me-  
diatoris. Vnde recte audiunt, quod sarcinas  
legis uno digito non tangērent, hoc est, ne in  
minimis quidē eām perficerent. Iam vero  
si quando peccabant, nuda & externalia lega-  
lium ceremoniarum observationē expiarisse  
putabāt, quasi Deus hincorum vel taurorum  
sanguine placari posset. Hinc in Euangelio Marci 7.  
tot leguntur usi fuisse lotionibus, etiam ca-  
licum, vīcēorum, et amētorum, lectorum: &  
à foro quoties reuertebantur, ob peccata vi-  
delicet ibi contracta, semper laari solitos.  
Vnde Dominus cum reprehenderetur quod  
ante prandium lotus nō esset; Nunc, inquit,  
vōs Phariseis, quod deforis est calicis & ca-  
tini mundatis: quod autem intus est vestrum,  
plenum est rapina et iniuriae. Stulti, nonne  
qui fecit quod deforis est, etiam id quod de-  
intus est fecit? Quid ostēdit eos Dominus ideo

Luc 11.

Luc 11.  
Matt. 13.

## P R A E F A T I O .

de externa munditia sollicitos fuisse, quod se  
putarent per eam Deo placituros: signa enim  
legis Moysi pro rebus accipiebant. Hoc vero  
Aug. cōtr. Euangelio contrarium est, ut quisque rem  
Adimant. deserens quae per illas umbras figurabatur,  
cap. 16. ipsius umbra sequatur inanitate. Non enim  
signa ista, sed quae his significantur, in salu-  
tem introducunt. Hinc Iudai, qui talibus sig-  
Aug. lib. 3. nis rerum spiritualium, pro ipsis rebus ea ob-  
de doctr. seruantes, pertinaciter inhaeserunt, contem-  
christ. c. 6. nentem ista dominum, cum iam tempus  
reuelationis eorum venisset, ferre non po-  
Matth. 11. tuerunt; atque inde calumnias quod sabba-  
Marc. 3. tha curaret moliti sunt principes eorum, por-  
Lu. 6. & 14. pulisque signis illis tanquam rebus astrictus,  
Ioā. 5. & 7. non credebat Deum esse, vel à Deo venisse,  
qui ea sicut à Iudeis observabantur, nollet  
Error se- attendere. Atque hic est error secundus  
cundus. circa personam redemptoris, quo videlicet  
Christum merum esse hominem crediderūt,  
imò sceleratum & in Deum blasphemum.  
Matth. 9. Unde cum dimitteret peccata, dicebant, hic  
blasphemat. Propterea (ait Ioānes) perseque-  
Ioān. 10. bantur Iudei Iesum, & querebant eum in-  
terficere, quia non solum sabbathum viola-  
bat, sed & patrem suū faciebat Deum, equa-  
lem se

## P R A E F A T I O .

lem se faciens Deo. Et iterum: Lapidamus te Ibidem.  
(inquit) de blasphemia: & quia tu homo  
cum sis, facis te ipsum Deum. Et in tribunali  
Caiphæ mortis est condemnatus, quia dixit Matth. 26  
se esse Christum filium Dei, securum brevi  
ad dexteram Patris: hinc et seductor, demo- Matth. 17  
niacus, per Beelzebub operatus, homo vorax, Iōā. 7. & 8  
vini potor, publicanorum & peccatorū ami- Luc. 11.  
cans, fabri filius in Euangelio dictus est. Matth. 11  
Hi duo grauiissimi errores, et fidē ipsam Chri-  
stianam funditus euertentes, acriter sunt in  
Euangelio à Christo oppugnati & refutati.  
Ceterum post Spiritus sancti missionem, an-  
tequam istos errores tentarent quidam in  
Ecclesiam inuehere, Christianos non admo-  
dum turbarunt. Sicut enim ait Cyprianus, Li. 4. epist.  
Christiani curiosi esse non debent quid do- 2. ad Anto-  
ceant qui foris, hoc est, extra ecclesiam do- nianum.  
cent. At multiplicata iam Ecclesia Christi,  
quando etiam eam subingressi sunt his erro-  
ribus laborantes, & sub Christi nomine eos  
disseminantes, valde exerciti sunt Christia-  
ni oppugnatione horum errorum. Et primus  
quidem error quia valde est humanae super-  
biae consentaneus, mox Ecclesiam cōturbare  
capit, ut videre est Act. 15. ubi dicunt Pha-  
A 4 risat

## PRÆFATIO.

riset qui iam crediderant, & circumcisionem, & totius Mosaicæ legis obseruationem conservis gentibus ad salutem esse necessaritatem. Quasi videlicet in Domino Christo non plus esset remedij ad expiationē peccatorū quam in reliquis Prophetis sed ea tota petenda esset ex Mosaicæ legis ceremonijs: Rursus, quasi auxilium gratiae Christi non foret ad bene viuendum nobis necessarium, sed liberum ipsum arbitrium sola legis scientia instructum, abunde iam sibi sufficeret. Cōtra hūc errorem acerrimè in omnibus ferè epistolis suis configit Apost. Paul<sup>o</sup>, docēs cōtra Pharisæos eorūq; sectatores nominet enus christianos, non nisi gratia Dei per mediatorē Iesum placere nos Deo, accipere veniam peccatorū, et recte viuerē. Postea vero falsi quidā christiani ex primo illo errore, quo sibi medico haud opus esse censemebat, Christum dominum purum esse hominem arbitrati sunt. Imò per Christum humanæ naturæ merita extollere volentes, quā corruptam esse nesciebant, docuerunt eum communi ceterorum omnium lege, & conceptum, & natum fuisse, sed meritis suis ad eam paulatim dignitatem profecisse, quam posse à habuit, ut diceretur Christus & filius

Dei.

## PRÆFATIO.

Dei. Talis fuit tempore Ioannis Apostoli Cerinthus, quem Irenaeus, Epiphanius, & Augustinus docuisse tradunt legem Moysi christianis obseruandam esse, & Christum hominem tantum fuisse: de quo sic ait Irenaeus: Cerinthus quidam in Asia docuit Iesum non ex virgine natum; impossibile enim hoc evisum est; fuisse autem eum Ioseph & Mariae filium, similiter ut reliqui omnes homines: & plus potuisse iustitia & prudentia, & sapiētia præ omnibus: & post baptismum Christum in eum descendisse figura columbæ. Similia quoque habet Epiphanius, aperte dicens Cerinthum docuisse Iesum non esse Christum, sed iuxta profectum, Christum appellatum esse, hoc est, quod verè non fuerit Christus, sed hoc nomen tropicè possederit, propter magnum in pietate profectum. Eadem docuit & Ebion circa illa tempora, obseruanda scilicet esse legalia, & Christum esse merum hominem: quemadmodum cognoscere licet ex Ignatio epistola ad Philadelphenses, & tribus iam citatis doctoribus. Sic Irenaeus: Vani (inquit) Ebionei, unitiōnem Dei et hominis per fidem non recipiētes in suam animam, sed in veteri generationis persecuentes fer-

Lib. 1. c. 25  
hæres. 28.  
Hæres. 8.

Hæres. 28

Lib. 5. pau-  
lò post ini-  
tiūm.

## PRÆFATIO.

tes fermento, neque intelligere volētes, quoniam Spiritus sanctus aduenit in Mariam, & virtus altissimi obumbravit eam: qua propter & quod generatus est, sanctum est, & filius altissimi Dei Patris omnium, qui operatus est incarnationem eius, & nouam ostendit generationem: uti quemadmodum per priorem generationem mortem hereditauimus, sic per generationem hanc hereditaremus vitam. Reprobant itaque hi commixtionem vini coelestis, & sola aqua secularis volunt esse, non recipientes Deum ad commixtionem suam. Perseuerant autem in eo, qui vicius est Adam & proiectus est de paradiſo. Epiphanius quoque post multa que de Ebionitis, ait: Baptisma, inquit, etiam ipsi accipiunt, preter hoc quod quotidie baptizantur, & in aquas se mergunt, ad purificationem videlicet, veluti etiam Samaritae, qui sentiunt aliter non posse hominem vivere, si non quis singulis diebus in aqua mergeretur, ita ut abluatur ac sanctificetur ab omni culpa. Mysteria autem faciunt ad imitationem sanctorum in Ecclesia ab anno in annum per azymos, hoc est, non fermentatos panes: & alteram mysterij partem per aquam

Lucæ 1.

Hæres. 30

## PRÆFATIO.

aquam solam. Iesum genitum ex semine viri esse dicunt, & electum, atque sic secundum electionem filium Dei vocatum, ab eo, qui ex supernis in ipsum venit Christo, in specie columbae. Non dicunt autem ex Deo Patre ipsum genitum esse, sed creatum, velut unum archangelorum, verum illis maiorem esse.

Cum igitur horum dogmatibus sub christiano nomine inualentibus Apostolis omnibus defunctis, solus supereret Ioannes, coactus est extremo vite sua tempore contra hos errores, & euangelium, & hanc epistolam scribere. In quibus sic admonet fideles mutua charitatis, ut etiam cōtra iam dictos errores, tum apostolica autoritate, tum sententijs & verbis ipsius domini Salvatoris diligentissime eos muniat. Usque adeò autem voluit fideles omnes à veritatis hostibus esse alienos, ut ne verbo quidem passus eos fuerit cum illis communicare. Quin cum & uitam degeret admirādam, & dignitatem veritatis ipsius decentem, & penitus non lauaretur, coactus est à Spiritu sancto progressi usque ad balneum, & cum comites ipsum sequentes mirarentur, venit ad ipsum balneum, et interrogauit quis esset intus in bal-

Hiero. lib.  
de script.  
eccles.

Epiph. in  
hære. Alo.  
gorum.

Euseb. li. 3,  
cap. 24.

z. Ioan.

NEO,

## PRÆFATIO.

Irenæus lib.3 cap.3 neo, responsūmque est, Ebion, seu ut alij habent, Cerinthus. Ioannes vero statim intellegens Spiritus sancti dictum, ob quam causam impulsisset ipsum usque ad balneum venire, ubi seipsum turbasset & leuiter fleuisset, ut omnes audirent, in testimonium declaracionem impollatae veritatis doctrinae. Festinate (inquit) fratres, egrediamur hinc, ne cadat balneum, & peremamus cum Ebione qui intus est in balneo, propter ipsum impietatem. Magis autem haec res elucescet si meminerimus istas hereses dum post Ioannem iterum in Ecclesia ab inferis fuisse suscitatas: unde & intelligi poterit quam recte contra posteriores hereticos à veteribus doctoribus Ioannis verba citentur. Priorum quidem errorem tempore B. Augustini renouauit Pelagius, aduersus quem plurimi Doctores, ac potissimum ipse Augustinus fidem catholicam de gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum, & hominis depravationem per originale peccatum, fortissime defenderunt, tum ex apertis scripturis, tum ex ipsa Christi persona, qua clarissimum est gratia Dei quan nos iusti sumus, exemplar. Qua de re vide August. in Enchirid. cap 36. & lib.

## PRÆFATIO.

& lib. de predestina. sanct. cap. 15. & de bono perseue. cap. 34. Sed cum Pelagius vestigia sequi vellet Nestorius quidam, Episcopus Constantinopolitanus (qui dum naturaliter eloquens esset, se putabat doctum, & libris antiquorum interpretatione dignabatur incumbere, omnibusque se meliorem putabat esse) nullius fecit ea argumenta, quæ pro defensione gratia contra Pelagium ex Christi incarnatione petebantur: siquidem cum Cerintho et Ebione Iesum hominem tantum esse dixit, unde hunc sermonem approbauerit, Dei genitricem, Mariam nullus appellat: Maria enim homo fuit, & Deum ab homine generari prorsus impossibile est: Dixitque, Noli gloriari Iudee, non crucifixisti Deum. & iterum: Bimestrem & trimestrem nequaquam confiteor Deum. Imò quo magis impugnat Vnde Sy-  
retur gratia Dei, dixit Iesum merum homi- no. Ephe. 1  
nem paulatim profecisse in dignitate, ut per Et actio. x.  
voluntatis concordiam & amicitiam con- syn. Chal.  
iungeretur unigenito filio Dei aeterno, & Fulgent.  
sic per bona merita sua appellaretur Deus li. i. de in-  
per gratiam: ita ut non Deus homofactus sit, carnat. c. 5  
sed homo propter merita sua tropica locu-  
tione Dei appellationem acquisierit. Vnde  
in con-

## PRÆFATIO.

in concilio Chalcedonensi, actione 10. accusatur quidam tanquam Nestorij discipulus superbissimam hanc protulisse blasphemiam: Non in uideo Christo homini facto Deo: quia si volo, & ego sio. Quin & in secunda synodo Constantino. dicitur canonē 12. Theodorus Mopsuestenus Episcopus, Nestorij videlicet magister dixisse, Christum non esse Deum verbum, sed passionibus anima et concupiscentijs carnis molestatum, & à malis paulatim separantem se, & ita ex promotione operum melioratum, & ex vita conuersatione uncontaminatum constitutum, sāquam purum hominem baptizatum in nomine Patris, & Filij, & spiritus sancti, & per baptismum gratiam spiritus sancti accepisse, & adoptionem promeritum, & ad similitudinem imperialis imaginis in persona Dei verbi adorari: post resurrectionem \* inconueribilem secundum intellectum, & sine peccato penitus factum. In prima igitur Ephesina synodo duce Celestino Pontifice Romano, & doctore Cyrillo Alexandrino, damnato Nestorio & eius heresi, damnatus est iterum & Pelagius cum sua heresi, tanquam ex eodem fonte cum Nestorij heresi procedente.

\* incerne  
tibilem.

Cano. 4.

## PRÆFATIO.

dente. De his duabus heresisbus Pelagiana & Nestoriana, pulcherrimo carmine lusit B. Prosper, sic inquiens:

### EPI T A P H I V M P E L A

gianæ & Nestorianæ heresewm.

Nestoriana lues successi Pelagiana,  
Qua tamē est utero progenerata meo.  
Infelix misera genitrix & filia natæ,  
Prodiui ex ipso germine quod peperi.  
Nā fundare arcē meritis prior orsa superbis,  
De capite ad corpus ducere opus volui.  
Sed mea dū proles in summa armatur ab imis,  
Congrua bellandi tempora non habui:  
Et cōsanguinea post tristia vulnera fraudis,  
Aaspera conserui prælia fine pari.  
Met tamē una dedit victam sentētia letho,  
Illa volēs iterū surgere bis cecidit. (chrū  
Mecū oritur, mecū moritur, mecūq; sepul-  
Intrat, & inferni carceris ima subit.  
Quò nos præcipites insana superbia mersit  
Exutis donis, & tumidas meritis.  
Nā Christū pietate operū & mercede volētes  
Esse Deum, in capitib; fædere nō stetimus:  
Sperantesq; animi de libertate coronam,  
Perdidimus quam dat gratia iustitiam.  
*Quiq;*

## PRÆFATIO.


Quiq; igitur gemina miseraris busta ruine,  
Ne nostro exitio confociare caue.  
Nā si qua Domini data munera sero fatemur  
Hac homini credis debita, noster eris.

Ceterum hac Epistola quin Ioannis sit  
Apostoli & Euangelista, eōg scriptura etiam  
canonica, nullus vñquam Catholicus dubi-  
tauit. Scripta est autem, ut Higinus Papa &  
Martyr, Possidonius, & Augustinus testātur,  
ad Parthos, qua gens est inter flumina In-  
dum & Tygrim, iuxta Medos: unde &  
scriptura sacra Media nomine  
interdum etiam Par-  
thiam compre-  
hendit.

Epist. 1.  
In indic.o-  
perū Au-  
gust.  
Lib.2.q.  
euā.q.39.  
Hiere.51.  
Mach.14



## IN PRIMAM



## IN PRIMAM B. IOANNIS APOSTOLI ET EVAN- LISTAE CANONICAM EPISTOLAM.

### CAPVT PRIMVM.

VOD fuit ab initio . Græcē  
est erat, quemadmodum &  
in Euangeliō, In principio  
erat verbum. Pēdet autem  
sententia, & infra, vbi air,  
(quod vidimus & audiui-  
mus, annunciamus vobis)  
repetitione perficitur atque completur : quasi  
diceret, quod vidimus inquit & audiuius,  
annunciamus vobis. Non ita (ait Oecumenius)  
sermonem retulit, quemadmodū nos, primū  
quidem propter usum abbreviati verbi, deinde  
etiam Græcorum nugas cōtemnens & ostendens,  
quod non in verbis sit nostra salus, sed in  
operibus. Illud autem, *Manus nostræ contrectauerunt de verbo vite*, interpretatur Augustinus ut  
idem sit, quod manus nostræ contrectauerunt  
Ioan. 1.  
B. ipsum

## IN I. EPIST. IOANNIS

ipsum verbum vitæ:sed cuius lingua sit ea locutio non indicat. Expendendū studiosis num vox *contraetauerunt*, siue palpauerunt, non actiūe, sed neutraliter hic accipi possit, pro eo quod est habere sensum tactus: quæadmodum in Psalm. 113. Manus habent & non palpabunt, Tunc enim clarus, & expeditus foret sensus. Manus nostræ habuerunt experientiam tactus, & cognitionem de verbo vitæ. Pro eo quod habemus, *Apparuit nobis*, legit August. apparuit in nobis, & interpretatur, inter nos. Sensus est,

**Oecume.** Annunciamus illud vobis, quod, cum primum esset rerum omnium creatarum initium, cum res quæ inchoata sunt, inciperent, iam anteā

**Sic Beda.** erat: hoc est, Dei filium nullum habentem initium, quem deinde hominem factum, auribus corporalibus audiuiimus propria voce admiranda docentem: vel audiuiimus eum à lege &

**Sic Epiph.  
hæres Ar-  
rian. &  
Oecume.** Prophetis in diuinis scripturis prenunciari: quæ oculis nostris corporalibus inter homines vidimus cōuersantem: quem clare perspeximus, diuinitatem & gloriam in eo quasi vnigeniti à Parre per multa argumenta aduententes, dum miracula eius & gloriam in transfiguratione, & resurrexisse eum, & ascendentem in cœlum vidimus: & ex eis omnibus diuinitatē eius spiritualibus oculis agnouimus. Siue perspeximus, id est, cum stupore & admiratione intuiti sumus:

**Ioan. 1.** & manus nostra contraetauerunt, &c. id est, palpauerunt

**Math. 17  
Marc. 16.**

**Sic Beda.** ritalibus oculis agnouimus. Siue perspeximus, id est, cum stupore & admiratione intuiti sumus:

## CAPUT I.

2

tierunt ipsum verbum, quod est vita, & cognitionem sensituum tactus ex ipso verbo perceperunt, tam ante quam post resurrectionem, dum is suis manibus manus nostras apprehendit ac tergit, dum nos est osculatus, dum pedes Matth. 26 nobis lauit, dū super eius pectus recubuit: dum Ioan. 13. pedes, manus, latus, carnem & ossa palpada, ac Ioan. 20: vulnerum vestigia manu ac digitis penetranda nobis præbuit: per synecdochen enim contractatione manus, omnem palpationem significat. Et vita manifestata est, per incarnationem & domesticam cōuersationem, per doctrinam & miracula. Et vidimus & testamur, hoc est, testes sumus ipsius Christi, qui est vita. Et annunciamus vobis vitam eternam, id est, Christū videlicet quid erat ab initio apud patrem, distincta scilicet ab eo persona, sed unum cum eo in essentia, siquidem vocula (apud) & vicinitatem & diuersitatem significat. Et apparuit nobis, scilicet mirabilis gratia incarnatus Christus.

In ipso statim exordio Cerintho, Ebioni, ac Nestorio contradicit, afferens eundem fuisse ante omne principium, quem ipse cum suis coapostolis postea tanquam verum hominem vidit, audiuit, & palpauit: ac proinde se teste dicit Christi. Solent enim ab omnibus magnifici huiusmodi testes, qui & præsentes, & familiares ac domestici fuere. Notandum vero Ioannem Apostolum iam senem admodum,

B 3 quād

IN I. EPIST. IOANNIS

quando ad scribendū se cōtulit, habitum fuisse  
in Ecclesia ab omnibus, veracissimum.

- Exod. 3.** Porro absolute ait de Christo Ioannes, erat  
ab initio, quod idem est cum illo, Ego sum, qui  
sum. Vnde & in Evangelio constanter dicit: Scimus quia verum est testimonium eius: quare  
nec mirum, quod & hoc loco testimonium suum  
inculcat. Singula namque creaturarum aliquid  
esse dicuntur, ut est esse angelum aut cœlum:  
solus autem salvator est omnino quod est, quo  
participantia vniuersa veniunt ad essentiam.  
**Cyrillus** Commodissimè autem verbum erat usurpat  
**lib. i. in** Ioannes, cum de filio Dei loquitur: ut eternus  
**Ioan. c. 1.** & ante secula filius intelligatur. In profundissimam enim atque incomprehensibilem genera-  
tionem, quæ cuncta superat tempora, erat  
istud, cogitantis sententiam adducit. Erat enim  
per se indeterminatè prolatum nullis vñquam  
terminis circunscribetur, cum natum sit scruta-  
tantem semper intellectum præcedere: adeò  
ut quocunq; arbitriteris, quasi ad ultimum exi-  
tum & quiete ipsum erat iam peruenisse, inde  
superioris cursus initii statim factū esse videa-  
tur. Indefinitè tenditur erat, quicquid cogita-  
ueris erat filius, Quod erat in principio non in-  
cluditur tempore, non principio præuenitur.  
In eo autem quod sempiternum est sine inicio  
& sine fine cuiuslibet temporis verbum ponan-  
tur, siue præteriti, siue præsentis, siue futuri, no-  
menda-

C A P V T I.

3

mendaciter ponitur: quamuis enim natura illa  
immutabilis & ineffabilis non recipiat fuit &  
erit, sed tantum est (ipsa enim veraciter est, quia  
mutari non potest, & ideo illi tantum conue-  
nerat dicere, Ego sum qui sum, & dices filijs  
Istrael, Qui est misit me ad vos) tamen propter **Exod. 3.**  
mutabilitatem temporum in quibus versatur  
nostra mortalitas & nostra mutabilitas, cum  
secundum volumina temporum locutio hu-  
mana varietur, non mendaciter dicimus &  
fuit, & erit, & est: Fuit, in præteritis seculis: est,  
in præsentibus: erit, in futuris. Fuit, quia nun-  
quam desuit: erit, quia nūquam deerit: est, quia  
semper est. Cæterum dum ait Ioannes, quod  
erat ab initio, respexit tum ad primū cap. Ge-  
neseos, vbi cuncta Dei verbo creata referun-  
tur, quare & ante rerū omnium exordium id  
extitisse: tum ad cap. 8. Proverb. vbi sapientia  
genitam se dicit à principio, antequam Deus  
quicquam faceret: & cum dicit se genitam an-  
te montes & colles, antequam terra fieret, atq;  
abyssi, intelligit per synecdochen se ante cūcta  
genitam; sicut dum in Psalmo dicitur: Ante **Psal. III.**  
luciferum genui te. Quem locum Proverbiorum  
imitatus est Ecclesiasticus, sapientiam, si-  
cut & Salomon, postea incarnatam describens:  
Ego, inquit, ex ore altissimi prodigi, primoge- **Ecccl 24.**  
nita ante omnem creaturam: Et, Ab initio &  
ante secula creata sum.

IN I. EPIST. IOANNIS

*De verbo vita.* Græcè est λόγος. Λόγος (inquit Hieronymus) multa significat: nā & verbum est, & ratio, & supputatio, & causa vniuersiusq; rei, per quam sunt singula quæ subsistunt; Quæ vniuersa recte intelligimus in Christo. *Verbum,* siue vox significativa intelligenter prolatæ, sermo atque locutio metaphorice de Christo dicuntur, quemadmodum & lux, ut ostendatur quid ex mente procedat; quod sine motu genitus sit: quod imago sit genitoris totum in se monstrans genitorem, nullam inde partē ducens & perfecta in se existens, quemadmodum de theolo. dum ferè verbum nostrum quod totius nostræ Hieron. in cogitationis imaginem refert. Quæ enim se illud Psal. cundum cor nouimus, hæc verbo proferimus; 44. Eructa uit cor me & quod loquimur, exemplar habet eius quod um, ad Prī cordē cogitamus. Ex cordis enim abundantia cipiā. Et Aug. de fi- verbum pronunciatur. Nam cor nostrum ve- luti fons est quidam: verbum vero emissum de & sym- bol. cap. 3. veluti riuus ex fonte profluens. Tantum igitur profluens est, quantum id vnde profluit: ac quale opertum, tale item apparens extat. Verbum itaque dixit Ioannes, ut impossibilem patris generationem ostendat, & perfectam filij substantiam theologizet, & coniunctionem sine tempore filij ad patrem per hæc ostenderet. Nam & verbum nostrum, mentis genera- glio sine passione generatur. Neque enim scinditur, neque diuiditur, neque fluit, sed manens

tota

In prolo-  
go super  
Biblia.

Basil. ho.  
16 in ini-  
tiūenage-  
lij secūdū  
Ioannem  
Vide &  
Nazia. li. 4  
Hieron. in  
illud Psal.  
44. Eructa  
uit cor me  
um, ad Prī  
cordē cogita-  
mus. Ex cordis  
enim abundan-  
tia cipiā. Et  
Aug. de fi-  
verbum pro-  
nunciatur. Nam  
cor nostrum ve-  
luti fons est  
quidam: ver-  
bum vero emis-  
sum veluti riuus  
ex fonte pro-  
fluens. Tantum  
igitur pro-  
fluens est,  
quantum id  
vnde pro-  
fluit: ac  
quale opertum,  
tale item  
apparens  
extat. Ver-  
bum itaque  
dixit Ioannes,  
ut impossibilem  
patris genera-  
tionem ostendat,  
& perfectam  
filij substan-  
tiam theolo-  
gizet, &  
coniunctionem  
sine tempore  
filij ad  
patrem per  
hæc ostend-  
ret. Nam &  
verbum nostrum,  
mentis genera-  
gio sine  
passione  
generatur.  
Neque enim  
scinditur,  
neque diuiditur,  
neque fluit,  
sed manens

C A P V T I.

4

tota mens in proprio statu, verbum totum & continuum emittit, ac procedens verbum omnem generantis mentis virtutem in seipso cō- plectitur. Secundum significatum vocis λό- γος est ratio, siue (vt August. loquitur) cōcepta Lib. 9. de rerum verax notitia. Et hoc in Christū com- Trini. c. 7 petit, quem Paulus dicit sapientiam esse Dei 1. Cor. 1. Patris, quo nomine eum & Salomon appellat. Prover. 8. Qui ita à Patre procedit, vt in eo tanquam in perfecta imagine pater seipsum intelligat & vi- dear. Quisquis (inquit Augustinus) potest in- telligere verbum, non solum antequam sonet, verum etiam antequam sonorum eius imagi- nes cogitatione voluantur, iam potest videre per hoc speculum, atque in hoc ænigmate ali- quam verbi illius similitudinē, de quo dictum est: In principio erat verbum. Tertium signi- ficatum quod quarto loco recenseret Hierony- mus, est causa efficiens rei exemplaris & intel- lectiua, siue conceptus mentis operatorius, siue dictamen mentis, quo ad operandum progre- dimur: quale est verbum in mente artificis, per quod fabricat domum. Atque hæc significatio eadem est cum præcedente, nisi quodd addat ei quod sit ratio effectiua, directiua, & exemplari- alicuius causæ. Hæc autem significatio di- citionis λόγος aptissimè hoc Ioannis loco qua- drare videtur. Docet enim post Moysen & Sa- Genes. 1. lomonem Christum esse sapiētiam à patre ge- Prover. 8. nitam.

B 4 nitam

**I N I . E P I S T . I O A N N I S**

nitam, in qua pater seipsum intelligit & exprimit, quæ in mente patris existens cuncta cum eo condidit, & per quam tanquam nobilissimum exemplar cuncta pater creavit, Omnia, inquit Ioannes, per verbum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Vnde August.lib.83, quæstionum.

Quæst.63 Quod Græcè λόγος dicitur, Latinè & rationem & verbum significat: sed hoc loco, In principio erat verbum, melius verbum interpretamur, ut significetur non solum ad patrem respectus, sed ad illa etiam, quæ per verbum facta sunt operativa potentia. Ratio autem etsi nihil per illam fiat, rectè ratio dicitur.

Lib. cōtra sermo. Arrian ca.3. Dediūin. nomi. c.7 part.4. Dionysius Areopagita, Λόγος, inquit, siue verbum Deus dicitur in sanctis literis, non modò quia & rationis, & sensus, & sapientiæ induitor est; sed quia & omnium causas in se vniiformiter ante complexus est, & quia per omnia per-

Sapien. 8 Ecclī 24. git penetrās (ut scriptum est) usque ad omnem finem: & supra hæc etiam, quia supra omnem simplicitatem diuinum expanditur verbum: & est ab omnibus supra omnia, secundum superstantialitatem absolutū. Quartū significatum dictionis λόγος, quod Hiero.3.loco ponit, est supputatio, calculatio, & numeratio. Dicitur autē Christus haec tenus supputatio, quia in ipso summatis omnia continentur, siue quia omnium

**C A P V T I .**

5

omnium est honorū summa. In ipso enim sunt Colos.1. omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi: & in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: et ipse est caput omnis principatus & potestatis, et totius Ecclesiæ, in quo omniū omnis sanctorū virtus excellentissimè elucet: et omnia in ipso constat, et per ipsum omnia reconciliatur, et ipse est finis legis et Prophetařū, qui venit adimplere legē et Prophetas usq; ad unū iota, et extreū apicem.

*Vitam eternam.* Viuere id dicitur, quod seipsum sua natura mouet, et per se operatur. Cum igitur Deus perpetuò summa sit intelligentia plenus, sitque omnibus causa ut subsstant, viuentib[us]que omnibus ut viuant, meritò vita nuncupatur æterna. Attendit tamen hoc loco Ioannes, non tantum vitam qua Deus in seipso viuit: sed ob hoc etiam Christū vitam æternam nominat, quod hominem ad immortalitatem quidem ab ipso creatum, sed per peccatum æternæ iam morti secundum animam & corpus addictum, per incarnationem suam reparet ad iustitiam & vitam æternam: secundum quod in Euangeliō ait: Ego sum resurrectio & vita, qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet. Dicitur præterea Christus vita æterna, quia videlicet in eius cognitione æterna hominum vita consistit, sicut ipse ait: Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum Deum

Ephes.1.  
Colos.1.  
Rom.5.  
1.Cor.5.  
Colos.1.  
Matth.5.  
Ioan.4.17.

## IN I. EPIST. IOANNIS

Deum verum, et quæ misisti Iesum Christum.

*Et societas nostra sit cum patre, &c.* In Græcis non est sit, sed intelligendum id est, aut ut quidam malunt, est. Beda nostram sequitur lectio nem. Porro locū istud habet salutationis: quasi dicat. Quod vidimus et audiuimus annuncia mus vobis in hunc finem, ut et vos participes nobiscum sitis, in cognitione domini nostri Iesu Christi, communem nobiscum fidem de his quæ nos vidimus tenentes, etiam si vos ea non videritis. Et ne tanquam leue putetur vnius fidei nobiscum habere societatem, certissimè vobis assueramus, quod per nostram societatem futuri sitis, quemadmodum et nos socij Dei Patris, et naturalis eius filij Iesu Christi: socij inquam Iesu Christi secundum vtramque eius naturam, et diuinam et humanam. Nominato autem Patre et Filio, intelligitur Spiritus sanctus, qui omnem societatem cum Deo operatur. Societas cum Deo comparatur, partim fide et pœnitentia, partim remissionē peccatorum: Sola enim peccata, quemadmodum docet Esaias, separant et diuidunt inter Deum et hominem. Præstat præterea remissionē peccatorum, sicut Ioannes infra dicit. Hæc autem societas hominis cum Deo communio est domini et serui, patris et filii adoptiui, illuminantis et illuminati, iustificatis et iustificati, regentis et subditi, dantis et accipientis, inuocantis et exau-

Esa. 59.

1. Ioan. x

## CAPUT I.

6

et exaudiētis, donatis munera et gratias agentis, beatum facientis et beati: in summa, sita est hæc societas in similitudine cum Deo et unitate, sicut ait Apostolus: Qui adhæret domino 1. Cor. 6. spiritus unus est, quemadmodum et Ioannes infra declarat, dicens: Si in luce ambulamus, si- cut ipse est in luce, societatem habemus adiuvicem, cum Deo scilicet. Societas autem cum Christo secundum humanam naturam, est societas magistri ad discipulos: sacerdotis ad eos pro quibus sacrificat et interpellat: exoluens pro alio pœnam debitam, & promerentis gratiam indebitam: mediatoris ad eos pro quibus se mediatorem præbet: gratias agentis cum ijs pro quibus gratias agit: regis & subditorum: Hanc societatem scriptura varijs metaphoris explicat, pastoris & ouium, capitis & membrorum, cibi & edētium; vitis & palmitum & alijs Colos. 1. compluribus. Porro in commentario venerabilis Bedæ locus est notatu dignus, qui sic habet: Manifestè ostendit B. Ioannes, quia quicunque societatem cum Deo habere desiderant, primò Ecclesiæ societati debent adunari, illamque fidem addiscere, eiisque sacramentis imbui, quam discipuli ab ipsa in carne degente veritate perceperunt. Quibus verbis cōsonum est illud Cypriani: Solūtuī in cœlis, quæ prius Epist. 2. hic in terris soluuntur. Et illud tam frequenter libri 1. ab August. inculcatum, quod Ecclesia quæ in Epist. 23. sanctis

Ioan. 10.  
Colos. 1.  
1. Cor. 10.  
Ioan. 15.

IN I. EPIST. IOANNIS

ad Bonif. sanctis est, per orationes & gemitus inenarrabiles, tanquam mater omnes Christo spiritu bapt. contra Dona. litter parit, & peccata dimitit, siue eorum reca. 15. & 16. missionem impetrat.

Suēdit præterea Venerabilis Beda aliud quoque obseruatione dignum, Nec in aliquo (inquit) minus ad Deum pertinet qui per Apostolorum doctrinam credunt, quam illi qui per ipsum predicanter in mundo dominum credebant, nisi in quantum eos fidei vel operum qualitas discernit: sicut Christus ait: Beati qui non viderunt & crediderunt. Et hec scribo vobis.

Erant quidem ad quos scribit Ioannes, socij eius & Dei: verum quia eos ad perseverandum in hoc Dei consortio exhortatur, ideo ita eis loquitur, tanquam nondum Dei socij essent: quomodo & Paulus Colossenses hortatur ut scelera deponat, & nouum hominem induant, quod eos tamen iam dudum fecisse est verisimile: sed ita cum his agere solemus, quibus à vitijs periculum est. Ad hanc Ioannes dicit se Christum annunciare, ut ipsius auditores habeant secum societatem, non ad certum aliquod tempus respiciens, sed de perpetua sua loquens prædicatione, qua hoc agebat, ut auditores ad societatem fidei adducerentur.

Et hec scribimus vobis ut gaudeatis, & gaudium vestrum sit plenum. Græcè sic legitur, Et hæc scribimus, ut gaudium vestrum sit plenū. Et Venerabi-

Ioan. 20.

Colof. 3.

C A P V T I.

7

nerabilis Beda, pro, vestrum, legit nostrū. Gaudium, inquit, doctorum fit plenum, cum multis prædicando, ad sanctę Ecclesię societatem, atque ad eius per quem Ecclesia regatur & crescit, Dei Patris & Filij eius Iesu Christi societatem perducunt. Vnde etiam Paulus his quos ad fidē instituebat, ait: Implete gaudium meum, ut idem sapiatis. Similiter legit & interpretatur Oecumenius. August. videtur legisse (gaudium vestrum,) nam ait Ioannem dicere quod plenum gaudium est in unitate & societate cum sanctis. Sensus nostri interpretis hic est. Hac epistolam scribimus vobis, ut ad æternam vitam pertingatis, in qua implebitur & omnino perficietur gaudium, quod nunc ex parte habetis, de eo quod Deus dignos vos fecit in partem fortis sanctorum in lumine, & eripuit vos de potestate tenebrarum, & traxit in regnum dilecti filij sui. Vel aliter: Ut integrum maneat gaudium vestrum, quo gaudetis nunc in spiritu, siue ut gaudium vestrum spirituale perseveret usque in finem.

Et hec est annūciatio quam audiuimus ab eo. Redit ad declarandum quid à Christo audierit. Annuntiatio, id est, prædicatio, quam audiuimus à Christo Iesu, ea est quæ sequitur, Quoniam, seu quod, Deus lux est, & tenebre in eo non sunt illæ. Christus prædicauit Deum lucem esse sine viliis tenebris, ut Ioannis 3. Ego (inquit) sum lux mundi,

**I N I . E P I S T . I O A N N I S**

- Iocan.12.** mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vita. Et alibi: Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis sitis. Ego lux mundum veni, ut omnis qui credit in me, in tenebris non maneat. Dupliciter autem hic lux intelligi potest. Et primū quidem pro luce sensibili, sive sole, ut metaphorica sit locutio, quo modo Malachias Christum vocat solem iustitiae. Secundo, pro luce intelligibili, sive pro eo quod aliquid intellectui manifestū facit, ut enim ait Apostolus: Omne quod manifestatur, lumen est: hoc est, ab aliqua luce illustratur. Declaramus metaphoricam significationem, quo modo in Deum competit. Facile autem fuerit intelligere, quomodo Deus propriè sit lux intelligibilis, si prius cognoverimus quomodo metaphoricè lux esse dicatur. Sol igitur omnium est corporū lucidissimus, cuius lumen nullum aliud corpus ad perfectum adsequitur, à quo lucem accipiunt quæcunque lucis capacia sunt: si quid autem ab eo non illuminatur, accidit hoc non solaris luminis imperfectione, sed ex alio impedimentoo. Ita quoq; & Deus plenus est intelligentia, clarissimè se ipsum & omnia intelligens: secundum quod ait Daniel: Ipse nouit in tenebris constituta, & lux cù eo est. Ad hanc Dei intelligentiam nullus comprehendere potest: magnus consilio est, & incomprehensibilis cogitatu, ut ait Hieremias.

Et iuxta

**C A P V T I .**

8

Et iuxta Apost. Lucē habitat inaccessibilem. 1.Tim.6. Omnis quoq; rationalis natura per solū Deum illustratur, ut aliquid intelligat, sicut ait Salvator: Vnus est magister vester Christus. Nam Matth.13. mens est quasi sensus sive oculus animæ. Disciplinarum autem quæque certissima, talia sunt, qualia illa quæ sole illustrantur, ut videri possint: veluti est terra atque terrena omnia. Intelligentia autem est ita in mentibus, ut est in oculis aspectus atque ipsa visio. Deus autē ipse est veluti sol qui illustrat. De vniuersis enim Aug.11.de quæ intelligimus, non loquentem qui personat foris, sed intus ipsi menti præsidentem consultimus veritatem, verbis fortasse ut consultamus admoniti. Ille autem qui consultatur, docet, qui in interiori homine habitare dictus est Christus, id est, incōmutabilis Dei virtus atq; sempiterna sapientia: quam quidem omnis rationalis anima consultit, sed tantum cuiq; panditur, quantum capere propter propriam, sive malam, sive bonam voluntatem potest. Et si quando fallitur, non sit vitio consultæ veritatis, ut neque huius quæ foris est lucis virtus est, quod corporei oculi spē falluntur. Rursus sol lumine & calore suo, sordida purgat corpora; ista inferiora generat, fuet, roborat, & perficit: similiter & Deus, præterquam quod spiritus sui illustratione omnia creet atq; cōseruet, hominem quoq; cum radice erroris amorisq;

peruer-

Solilo. c.6.

ca.11. & li.

1. Retract. c.12 & li.1.

de pec. me.

tit. & rem.

cap.25.

IN I. EPIST. IOANNIS

peruersi natum, varijs insuper erroribus & vi-  
tiorum sordibus coopertum, non solum legem  
suam docet, verum etiam expurgat, regenerat,

Lib. 14 de custodit, corroborat, & perficit. Ex libro enim Trini. c. 15 lucis illius quæ veritas dicitur, & omnis lex iu-

sta describitur, & in cor hominis qui operatur iustitiam non migrando, sed tanquam impi-  
rmando transfertur: sicut imago ex annulo &  
in ceram transit, & annulū non relinquit. Qui  
verò non operatur, & tamen videt quid ope-  
randum sit, ipse est qui ab illa luce auertitur, à  
qua tamē tangitur. Quia ergo Deus ita electos  
suos illustrat, ita legem suam mentibus eorum  
inscribit ac imprimit, vt voluntates eorū obe-  
dientes efficiat, hinc fit, vt non solum propter

intelligentiam suam, cuius etiam alios partici-  
pes efficit, sed & propter iustitiam suam, quam  
alijs quoq; cōmunicat, lux esse dicatur: quem-

Iacob. 1. patrem lumen, & ab eodem omne datum  
optimum, & omne donum perfectum docens

Malach. 2. descendere. Sic Malachias Christum solem ap-

Zachar. 3. & 6. pellat iustitie. Et Zacharias Orientem, quia vi-

delicet eius illustratione, vbi cunque oritur, si-  
mul cum eo oritur & iustitia: sicut cum lumi-  
ne solis oritur calor. Hinc apud Sapientē con-  
queruntur impij in inferno, non solum de de-  
fectu luminis intelligentiæ, sed & luminis iu-

Sapient. 5 stitiae: Errauimus, aiut, à via veritatis, & iustitiae

lumen

C A P V T . I.

9

lumen non luxit nobis, & sol intelligentiæ non  
est ortus nobis. Hinc & ipsa iustitia & obediē-  
tia frequenter pia mentis nominibus ad intel-  
lectus illustrationem pertinentibus, in scriptu-  
ris appellatur: vt dū Hieremias in descriptione Hier. 3:1  
noui testamēti dicit legem Dei scribi in cordi-  
bus hominum, dum Iob Dei cultum esse ait sa- Job 18.  
pientiam & à malo recedere intelligentiā, dum  
Christus omnes qui audierunt à Patre, & di- Ioan. 6.  
dicerunt, ad se dicit venire: dumq; toutes orat Vide Au-  
Propheta, vt iustificationes domini edoceatur. gust. lib. 1.  
Hic enim (doctrinæ) nomine, ea intelligitur Christi c. de gratia  
gratia, qua non solum facienda nouimus, sed 13. & ie-  
stiam cognita facimus; nec solum diligenda quētibus.  
credimus, verum etiam credita diligimus.

Porrò quanquam Deus rectè lux dicatur,  
quod, vt ait Dionys. omnis veritatis cognitio Lib. de di-  
& omnis creatura ab eo sit: à Ioanne tamē ui nomi-  
ideo potissimum lux dicitur, quia nos ab erro-  
ribus agendorum & prauitate nostra purgans,  
ita quid agēdum sit, docet, vt hoc ipsum etiam  
agere donet. Vnde in Euāgelio dicit Ioannes,  
vita erat lux hominum, & lux in tenebris lu- Ioan. 1.  
cet, & tenebrae (id est, homines erroribus &  
peccatis obtenebrati) eam non comprehendē-  
runt. Et iterum: Erat lux vera quæ illuminat Ibid.  
omnem hominem. Et ipse Christus de se dicit,  
Ego lux in mundum veni, vt omnis qui cre- Ioan. 12:  
dit in me, in tenebris non maneat. Vbi utique  
C tene-

**IN I. EPIST. IOANNIS**

tenebras peccata appellans, eam se lucē declarat esse quæ peccata nostra depellit. Vnde & de talibus tenebris, subdit etiam hoc loco Ioannes. Si dixerimus quod societatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur.

*Et tenebrae in eo non sunt viles. Hoc adiicit Ioannes, ut monstraret diuinæ puritatis excellitiam. Sicut intelligentia lux dicitur, ita ignorantia, error ac iniustitia tenebrae. Deus autem & omnia nouit, & iniustitas in eo non est, ideoq; nec viles in eo sunt tenebrae. Quod verò in scripturis tenebras latibulum suum Deus posuisse dicitur, habitareque in caligine & nube, id sit, vt admonet hoc loco Didymus & Oecumenius,*

*quod sit nobis incomprehensibilis, tum quod per occultanobis adsit sacramenta, & per occultam spem, valde latens impios, credentium corda inhabitet. Ideò autem Christus annuntiavit Deum esse purissimam lucem, vt sciremus per quem tenebrae nostra discuti possent, & à quo iustitia lux & expectanda & accipienda foret: Vnde & ait: Ego lux in mundo veni, vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat. Deinde vt lucis huius puritatem imitaremur, iuxta quod alibi ait, Ego sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulat in tenebris. Vnde de his qui lucem hanc vel non imitantur, vel contra imitantur, mox subdit Ioannes.*

*Si dixerimus quod societatem habemus cum eo, id est, cum*

Psal. 17.  
1. Paral. 6  
Psal. 96.

Sic Aug.

Ioan. 12.

Ioan. 8.

**C A P V T I.**

est, cum Deo: & in tenebris ambulamus, id est, in tenebris peccatorum conuersamur. Mentimur, id est, falsum dicimus: & veritatem non fatimus, hoc est, non comprobamus ipsis operibus, verum esse, quod ore & lingua loquimur. Sic et Paulus loquitur de impijs Christianis: Confidentur se nosse Deum, factis autem negant. Ideò autem ambulans in tenebris non habet societatem cum Deo, quia sicut dicit Paulus: Nulla est societas luci ad tenebras. Executiendum hic est quomodo cum hac Ioannis sententia conueniat, quod sancti societatem cum Deo habentes, tenebras suas petant illuminari, et illustrari a facie domini: Fataentes utique se tenebras habere peccatorum. Sed longè aliud est habere tenebras peccatorum, et aliud in tenebris versari, siue (vt proximo cap, ait Ioannes) esse in tenebris: siue esse tenebras, vt ad Ephes. loquitur Apostolus: Eratis, inquietis, aliquando tenebra: sicut aliud est habere carnem concupiscentem contra spiritum, aliud autem ambulare secundum carnem, siue esse in carne, vel secundum carnem, sicut Apostolus ad Romanos loquitur, siue, vt ait Moyses, esse carnem. Nam habere tenebras, et carnem siue carnalem concupiscentiam, competit etiam in eos qui ambulant secundum spiritum in luce, et sunt lux in domino. Reliqua autem sunt eorum in quibus peccatum regnat, et quos aeternæ facit

Tit. 1.  
2. Cor. 6.

Psalm. 17.  
Psal. 6.

Ephes. 5.

Roma. 8.  
Gen. 6.

C 2. damna-

**IN I. EPIST. IOANNIS**

damnationi obnoxios. *Si autem in luce ambulamus, sicut & ipse est in luce.* Si versamur in luce honorum operum, sicut et ipse Deus in luce est sapientia iustitiae: tunc demum mutuam habemus societatem et inter nos, vos videlicet cum nobis Apostolis, & cū ipso Deo. Sic enim illud (*ad inuitē*) interpretatur Oecumenius: quæ interpretatio manifesta etiam est ex eo quod præcessit. Si dixerimus quod societatem habemus cum eo. Notanda est autem distinctio verborū, quia Deum esse in luce dicit, nos autem in luce ambulare debere. Ambulant enim iusti in luce, cum virtutum operibus seruientes ad meliora proficiunt: diuina autem sanctitas, cui dicitur: Tu autem idem ipse es, recte in luce esse memoratur, quia plena bonitas semper existens, ubi proficere valeat, non inuenit.

*Psal. 102.* *Et sanguis Iesu Christi filii eius emundat nos ab omni peccato.* Annotat Beda propterea istud à Ioanne adiectum, ne putemus nostris sanctis operibus, nostro profectu aut industria à peccatis mundemur. Non est etiam improbabilis ille commentarius, qui habet Ioannem hoc dixisse contra Ebionitas, qui & in tenebris ambulabant, & Deo se placere dicebant, & crebris

Beda in  
commt.  
huius loci

In comt.

**C A P V T . I.**

bris lotionibus se à peccatis suis emundari credabant: quemadmodum & reliqui omnes Iudaizantes, contra quos passim agit Apostolus Paulus: Inanibus ceremonijs mundari se à peccatis existimabant, non agnosceres passionem Christi ad emundationem peccatorum à Deo esse institutā. *Ab omni peccato.* De omni peccato siue quod baptismo remittitur, siue quod post baptismum committitur, & August. et Beda hoc dictum Ioannis intelligunt: Sacramentum, inquit Beda, dominice passionis et præterita nobis omnia in baptismo pariter peccata laxauit, et quicquid quotidiana fragilitate post baptisma commisimus, eiusdem nostri redemptoris nobis gratia dimittit. Hieronymus quoq; lib. 2. contra Pelagium, hoc dictum Ioannis, inquit, Sanguis filij, etc. tam in confessione baptismi, quam in clemētia pœnitudinis accipendum est. Verbum igitur hoc emundat, absolutè dicitur, non significans determinatum aliquod tempus: sed rei explicas efficaciam, sicut dicimus, hac herba sanat hunc morbum. Neq; enim statim qui in luce ambulat, à peccatis suis emundatur: sed tunc demum, cum se ad communicationem sanguinis Christi prepararit, quemadmodum et Beda hoc loco admonet: Tunc dimittit (inquit) gratia nostri redemptoris peccata, cum inter opera lucis quæ facimus, humiliiter quotidie nostros illi errores confite-

In com-  
ment. hu-  
ius loci:

IN I. EPIST. IOANNIS

mur, cū sanguinis illius sacramēta percipimus, cum dimittētes debitoribus nostris, nostra nobis debita dimitti precamur, cū memores passionis illius, libenter aduersa quāque toleramus. Similiter nec catechumēnus mox vt verē conuersus fuerit, & in luce ambulauerit, à peccatis suis emundatur, quamuis per bonam vitam iam Deo propinquus sit: nam vt ait August. Quantumcunque proficiat catechumēnus, adhuc sarcinam iniquitatis suę portat: non illi dimittitur nisi cum venerit ad baptismum. Quomodo non caruit populus Israël populo Egyptiorū, nisi cum venisset ad mare rubrū; sic pressuris peccatorum nemo caret, nisi cum ad fontem baptismi venerit. Idem est autem & de ijs sentiendum, qui post baptismum in peccatum mortale relapsi sunt. Nam etiam si verē conuersi in luce iam ambulent, à peccato tamen suo non ante emundatos se arbitrari debent, quām id sacerdos remiserit. Quod ideo dictum sit, ne quis hæreticum illud dogma statui hic suspicetur, quo quenq; volūt statim habere omnium veniam peccatorum, quum primum specialem illam quam vocat fidem, animo conceperit. Emundationē autem à peccato p̄f̄st̄t sanguis Christi, tum quia & cordis conuersiōnē à peccato, & amore iustitiae, sanctaque opera largitur: tum quia pœnā p̄f̄teritis peccatis debitam tollit. De ipsa autem cordis

C A P V T I.

12

cordis conuersione & sancta operatione, quod per Christi sanguinem p̄f̄st̄t, docet Apostolus ad Rom. Quod impossibile, inquit, erat Rom. 8. legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus filium suum mittens in similitudinē carnis peccati, & de peccato damnavit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleetur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Et ad Hebr. Sanguis Christi Hebr. 9. emundauit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruendum Deo viueuti. Et Dominus ipse in Euangelio: Ego, inquit, lux in mundum veni, vt omnis qui credit in me, in Ioan. 12. tenebris non maneat. Quod de conuersione etiam à minutis peccatis idem afferit, Omnem Ioan. 15. palmitem, inquit, qui fert fructum in me, pater meus purgabit eū, vt fructus plus afferat, vtiq; me vite cooperante. Imò quodd liberabimur à praua concupiscentia & corpore mortis huius futurum id docet Apostolus, gratia Dei per Iesum Christum dominū nostrum. Hoc autem loco etsi agat Ioannes de abstinētione reatus p̄f̄teritorum criminum (siquidem de ambulantibus in luce loquitur) tamen quo ad peccata minora, de vtraque emundatione & à malitia Vide Aug. & à pœna rectè intelligitur. Et sanè Christus in tract. 56. Euangelio, dicens: Si non lauero te, non habebis partem mecum. Et: Qui lorus est non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus, domini. in Ioan. & Ber. in fer. de cœna lotis

C 4 lotis

*IN I. EPIS. IOANNIS*

Iotis scilicet pedibus: abundè testatur sine sanguinis sui lotione qui in remissionem fuisus est peccatorum, non ignosci etiā leuiora iustorum peccata. Sicut enim ait August, hoc est, in opera tua:

Lib. 6. cō- cultis legibus Dei, ut nulla sit iniquitas impu-  
nū cap. 8. nita, nisi quam sanguis mediatoris expiauerit.

Lib. 19. cō- Et alibi: Quia, ait, etiam sub gratia positis in hac  
tra Faustū cap. 7. mortali vita difficile est omnimodo implere

Exod. 20. quod in lege scriptum est, Non concupisces: Christus per carnis suæ sacrificium sacerdos effectus, impletat nobis indulgentiam, etiā hinc adimplens legem, ut quod per nostram infirmitatem minus possumus, per illius perfectiōnem recuperetur, cuius capitī membra effecti sumus.

z. Joan. 2. Vnde Ioannes dicit: Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustum. Dicitur autē sanguis nos emundare, quia Christus sanguinem suum voluntariè pro nobis in cruce effundens, & effuso sanguine moriens, meruit nobis apud patrem peccatorum emundationem. Cuius meriti virtus perpetuò durat, & in sacramentis efficax est,

Beda. transactam semel Christi passionem tanquam præsentem patre semper intuente. Mirè autem cum de domino Deo, naturaliè filio Dei loqueretur, sanguinis mentionem facit. Filius quippe Dei in diuinitatis natura, sanguinē habere non potuit; sed quia idem filius Dei, etiam filius hominis factus est, recte propter unitatem per-

*C A P V T I.*

13

tem personæ eius filij Dei sanguinem appellat, ut verum eum corpus assumpsisse, verum sanguinem pro nobis fudisse demonstraret: refellatq; Simonem Magum, qui Christum docuit nihil à Iudeis esse passum: atque Ebionem, qui verum Dei filium noluit esse crucifixum.

*Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est.* Subiicit hoc Ioannes, ne quis superiorem sententiam, Sanguis Iesu Christi, etc. de ijs tantum peccatis intelligeret, quæ priusquam in luce ambularemus, cōmisimus: simul ut in lege iustitiam quærentes reiaceret, qui se sine omni peccato frequenter esse reputabant, eoque nec veniam à Deo petebant, sed tanquam iusti in se confidebant, cuiusmodi proposita de uno Pharisæo Luc. 18. parabola, multos Christus notauit. *Si ergo diximus, etiam nos Apostoli, vel quotquot in luce ambulamus, quoniam nullum habemus peccatum,* id est, quod nullius peccati coram Deo reisimus, *nos ipsos seducimus, falsa persuasione iustitiae.* Et *veritas in nobis,* scilicet hoc dicentibus non est: Falsum enim id est, eo quod omnes nos quantumcunq; iusti, frequētissimè peccemus, sempérq; habeamus propter quod dicamus Deo, *Dimitte nobis debita nostra.* Ex hac & præcedētis sententia efficaciter colligitur duplicitis esse generis peccata, quædam à Dei societate excludentia, quæ mortalia dicimus; quædam quæ inue-

inueniuntur etiam in luce ambulantibus, & societatem cum Deo habentibus quæ venialia nuncupantur. Secundò statuitur ex hac semientia aduersus Pelagium, rectè vocari nos filios ad Paulinum & ad Dei, etiam si non omnino peccatis careamus, Quod uult vitamq; iustorum & Ecclesiam in hoc seculo deū h̄eresi habere peccatum aliquod, nec esse nunc omnino sine macula & ruga. Quomodo verò Pelagius, tum hunc, tum cōsimilia scripturæ loca conatus sit eludere, liquet ex Carthaginensi concilio, vbi sic legis canone 6. Placuit quod ait sanctus Ioannes Apostolus, Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est: quisquis sic accipiedum putauerit, vt dicat, propter humilitatem non oportere dici nos nō habere peccatum, non quia veritas anathema sit. Sequitur enim Apostolus, & adiungit: Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis est & iustus, qui remittat nobis peccata nostra, & mūdet nos ab omni iniuritate. Vbi satis apparet hoc non tantum humiliter, sed etiam veraciter dici. Poterat enim Apostolus dicere: Si dixerimus quia non habemus peccatum, nos ipsos extollimus, & humilitas in nobis non est. Sed cum ait, Nos ipsos decipimus, & veritas in nobis non est, satis ostendit, eum qui se dixerit non habere peccatum, non verum loqui, sed falsum. Aliam harū sententiārum elusionem,

qua

qua eas à iustis dici volebat Pelagius, non in propria ipsorum persona, sed eorum quisfunc in ipsorum populo peccatores, cōdemnat septimus eiusdem concilij canon. Tertium eiusdem commentarii, quo singebat in scripturis quandoque peccatum dici, quod ex natura & conditione nostra habemus, quod utique remissione non indiget, reiicit D. Hieronymus. Lib. 2. cōtra Pelag. sub fine. Donec, inquit, mortale hoc in immortalitatem mutetur, necesse est nos subiacere peccato, non natura & cōditionis (vt tu caluminaris) vitio, sed fragilitate & commutatione voluntatis humanæ, quæ per momenta variatur: quia solus Deus est immutabilis. Idem refutat Maxētius Ioannes, affirmare docens Pelagi & Celestini, siue Theodori Mopfestenii discipulos, vnum & idem naturale & originale peccatum esse. Si quis dicit (inquit) naturale esse peccatum, peccati causam naturarum conditori demeter adscribens, anathema sit. Ab hac Pelagi explicazione haud procul recedere videtur Gennadij cōmētarius in libro de ecclesiasticis dogmatibus, qui falsò Augustino adscribitur, vbi sic ait: Veraciter se omnes sancti pronunciāt peccatores, quia in veritate habent quodd plangāt, et si non reprehensione conscientiæ certè moribilitate & mutabilitate prævaricatrixis nature, Neque enim mutabilem esse, peccatum est: nec de alio peccato loquitur Ioannes, quam de quo

In libello  
fidei ca. 30  
Anathē-  
mate 10.

Cap. 86.

**I N I. E P I S T. I O A N N I S**

quo per humilem confessionem pérenda sic à Deo venia:quare secundum Ioannem , sancti omnes peccatum habent,etiam cōscientiæ sua reprehensione. Ex hac Apostoli sententia clarum est neminem iustorū sine peccato hic viuere.Sic docet Cyprianus latè ab Augustino citatus lib.4. cōtra duas epistolas Pelag.ca.10. Et Augustinus ipse lib.2. de peccatorum meritis & remissione cap.7. Lib.de spiritu & litera cap.vlt.Lib.de natu. & gratia cap. 34. & duobus sequentibus . Vbi etiam sanctissimos viros fœminásque proferés, omnes docet fuisse peccatores , etiam tunc cum benè viuerent , excepta sancta virgine Maria,de qua propter honorem domini(inquit)nullam prorsus cum de peccatis agitur,habere volo quæstionem. Inde enim scimus quòd ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum, quòd concipere ac parere meruit eum, quem constat nullum habuisse peccatum. Quærebat

**D e n a t. & grat.ca.36** Ibid.ca.38 ab Augustino Pelagius,quod nam esset peccatum Abel. Cui respondet Augustinus , peccata eius tametsi meritò iustus appellatus sic fuisse, si quoties paulò immoderatus risit , vel animi remissione iocatus est, vel vidiit aliquid ad concupiscendum , vel immoderatus pompa decerpit, vel plusculo cibo crudior fuit, vel cù oraret cogitauit aliquid,vnde eius in aliud auo caretur intentio. Quoties,inquit, illi ista ac similia

**C A P V T I.**

15

milia multa surrepserint, an fortè peccata non sunt,de quibus generaliter cauendis atque cohibendis admonemur præcepto Apostolico, vbi dicit:Non ergo regnet peccatum in vestro Rom 6. mortali corpore,ad obediēdum desiderijs eius? His quippe ne obediamus ad ea quæ non licent, vel minus decent,quotidiana & perpetua conflituatione certādum est. Nihilominus si quis aliquem iustorum aut esse aut fuisse putaret,qui per Dei gratiam eo profecisset, vt hic Epist.95: fine omni viueret peccato, ait Augustinus hūc Vide eius errorem humanum esse & tolerabilem: dem sub eūmq; elaborāda & optanda affirmare,etiamsi de perfect. quod affirmat non possit ostendere.Nobis, in iustitiæ. quicquid sufficit, quod nullus in Ecclesia Dei fideliū reperitur in quolibet profectu, excellētia atque iustitia,qui sibi audeat dicere non necessariam precationem orationis Dominicæ, Dimitte nobis debita nostra:& dicat se nō habere peccatum,ne seipsum decipiatur , & veritas in eo non sit . Fulgentius in lib. de fide ad Pe- Cap.4. trū: Firmissimè,inquir, tene & nullatenus dubites,etiam iustos atque sanctos homines , exceptis his qui baptizati parvuli sunt , sine peccato hic neminem viuere posse, sempēr q; omni homini esse necessarium,& peccata sua vsq; in finem vitæ p̄sens eleemosynis diluere,& remissionem à Deo humiliter ac veraciter postulare. Vbi Fulgentius dum fidei esse affirmat nemini-

neminem iustorum hic vivere absque peccato: virginem Mariam non comprehendit, nec rarum aliquem, quem quis tolerabili & humano errore suspicari posset, sine peccato exemplo B. Virginis, in hoc seculo vixisse.

Porrò notandum hic est Apostolicae isti sententiae non satisfieri, si nomine (peccati) primum intelligamus desiderium cui non adhibetur consensus: quo modo Paulus peccatum

Rom. 7. vocat concupiscentiam in carne habitantem. Nam propter concupiscentiam & eius motus quibus non præbetur consensus, non egerit baptizati aliqua remissione, unde Apostolus:

Ibidem. Si quod nolo, inquit, illud facio: iam non ego operor, sed quod habitat in me peccatum, & Dominus in Euangelio: Quilodus est, non indiget nisi ut pedes lauet. Idem docet & August. lib. contra duas epistolas Pelagianorum cap. 13. Lib. de spirit. & lit. cap. ultimo. Homilia 5. lib. quinquaginta homeliarum. Et concio 3. in Psalmum 118. Ioannes autem hoc loco agit de illis peccatis, quæ confiteri debemus, ut nobis dimittantur. Pulchrè de hac re August. in fine lib. de perfectione iustitiae. Quisquis dicit, inquit, post acceptam remissionem peccatorum ita quenquā hominē iuste vixisse in hac carne, vel vivere, ut nullum habeat omnino peccatum, contradicit Apostolo Ioanni, qui ait: Si dixerimus quia peccatum non habemus,

mus, etc. Nō enim ait habuimus, sed habemus. Quod si quis afferit de illo peccato esse dictū, quod habitat in carne nostra mortali, quod peccantis primi hominis voluntate contractū est: non autem peccare, qui eidem peccato quamvis in carne habitanti ad nullum opus malum omnino consentit, subtiliter quidem ista discernit, sed videat quid agatur de dominica oratione, vbi dicimus, Dimitte nobis debita nostra: quod (nisi fallor) non opus esset dicere, si nunquam vel in lapsu linguae, vel in oblectanda cogitatione eiudè peccati desiderijs aliquantulum consentiremus. Nec Iacobus Apostolus diceret: In multis offendimus omnes: nō enim offendit, nisi cui mala concupiscentia contra iustitiae rationem faciéndum, vel dicendū, vel cogitandum aliquid quod non debuit, siue fallens, siue præualens persuadet. Hæc August. Non igitur rectè locum hunc explicat Cäsianus, existimans peccatum esse, quod vel intuiti à summi boni contemplatione retrahamur, ac inde colligens, vniuersos sanctorum actus esse peccata. Habet hoc in collatione 23. Vbi admodum impérítè dicit peccasse Paulum Apostolum, dum manibus laboraret, peccare item eos qui cypresse defendunt, aut necessarij vietus curam gerunt, quoniam videlicet Deum non contemplentur. Eodem & illud perrinet, quod ait bonitatem nostram diuinæ bonitatis compa-

Matth. 6.

Iacobi 3.

1 Cor. 4.

IN I. EPIS. IOANNIS

comparatione in malitiam verti. Sanè ex hac Collatione videtur Lutherus dogma suū hau- sisse quo docet vniuersa opera sanctorum esse peccata. Ut autem intelligatur hic locus Io- annis nihil facere pro cōdemnato hoc Lutheri dogmate, notandum est longè aliud esse pec- care, aliud habere peccatum: quemadmodum longè aliud est esse debitorem, siue habere dé- bitum, aliud debitum sibi contrahere. Peccare enim est aliquid prauagere, unde reus fias, & Deo debitor ac obnoxius. Habere autem pec- catum, finitore B. Augustino, est reum esse propter prauum opus commissum. Non igi- tur dicit hoc loco Ioannes, iustos in quolibet opere peccare, cum in Euágelio eius dominus

Lib. 1. de  
nupt. &  
cōcu. c. 26

Ioan. 3.

August. in  
Enchirid.  
cap. 22.

Lib. 1. cō-  
tra Pelag.  
in princi-  
pio.

comparatione in malitiam verti. Sanè ex hac Collatione videtur Lutherus dogma suū hau- sisse quo docet vniuersa opera sanctorum esse peccata. Ut autem intelligatur hic locus Io- annis nihil facere pro cōdemnato hoc Lutheri dogmate, notandum est longè aliud esse pec- care, aliud habere peccatum: quemadmodum longè aliud est esse debitorem, siue habere dé- bitum, aliud debitum sibi contrahere. Peccare enim est aliquid prauagere, unde reus fias, & Deo debitor ac obnoxius. Habere autem pec- catum, finitore B. Augustino, est reum esse propter prauum opus commissum. Non igi- tur dicit hoc loco Ioannes, iustos in quolibet opere peccare, cum in Euágelio eius dominus apertè contrarium dicat: Qui facit, inquit, veri- tem venit ad lucem, ut manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta. Si peccata essent ea opera, ut ignoscerentur satis esset, non etiam ut prædicarentur, & properaretur cum eis ad lucem. Sed hoc docet Ioannes, iustos semper habere propter quod veniam à Deo petant, dicantq., dimitte nobis debita nostra, quia vi- delicet frequentissimè peccant, non quia semi- per peccant. Vnde Hieronymus: Nos, inquit, dicimus hominem posse non peccare, si velit, pro tempore, pro loco, pro imbecillitate cor- porea, quamdiu intentus est animus, quamdiu chorda nullo vitio laxatur in cythara: quod si paulu-

C A P V T I.

17

paululum se remiserit (quomodo qui aduerso flumine lēmbūm trahit, si remiserit manus, statim retralabitur, & fluentibus aquis quo non vult ducitur) sic humana cōditio si paululum se remiserit, dicit fragilitatem suam, & multa se non posse cognoscit. Inculcat sēpissimè & August. nihil nos peccare, dum prava pātimur Lib. 2. cō- desideria, & eis non consentimus. Sed quā- tra Iulia, c. 10. & li. x contra 2. epistolæ adscendit, omni careat peccati reatu. Ad hoc Pelagi. c. 13 respondēs Hieronymus: Statim, inquit, à bap- Lib. 3. cō- tismate homo peccato caret: sed illud tempus tra Pelagi, quando sine peccato est, nequaquam possibi- paulò post litiati humanæ, sed Dei gratiæ deputatur. Et initium: Mox: Quæ est illa (inquit) impeccantia, quæ sta- tim corporis huius morte finitur? aut certè si vtrā vitam protraxerit, delicti & ignorantiae periculo subiacer? Sentit enim hoc loco Ioan- nes, non posse quenquam notabili aliquo tem- pore sine peccati reatu hic viuere: secutus ni- mirum vulgatam loquendi cōsuetudinem: sic dicere solemus, non potest homo extra aērem sub aquis viuere, quanquam breui aliquo tem- pore id quidam possunt. Interim timere debet etiam recens baptizati, ne forte peccatum ali- quod habeant, ob proprij videlicet cordis in- scrutabilitatem. Quamuis sit hominis (inquit Hieronymus) perfecta conuersio, & post vitia In fine li- bri 3. con- tra Pelagi. atquæ

D

### IN I. EPIST. IOANNIS

atq; peccata virtutum plena possessio: nūquid possunt sic esse sine vitio, quomodo illi qui statim de Christi fonte procedunt? Et tamen iubetur dicere, Dimitte nobis debita nostra, non humilitatis mendacio (vt Pelagius interpretatur) sed paurore fragilitatis humanæ suam conscientiam formidantes. Cæterum breuiter hic est annotandum hac Ioannis sententia. (Si dixerimus, etc.) non comprehendendi baptizatos infantes, qui dicere nondum valent vtrū peccatum habeant necne: nec seipso falsa iustitiae persuasione seducere possunt. Hi enim propriæ actionis nullum habent peccatum, vt de Iacob & Esau adhuc infantibus testatur Apostolus, & ab originali peccato loti sunt aqua & spiritu sancto, quare peccatum nullum habet. Sine peccato (ait Hieronymus) parvuli per Dei gratiam sunt, quam in baptismō suscepérunt. Et August. Excepto, inquit, uno mediatore Christo, & post lauacrum regenerationis quibusq; adhuc parvulis, nemo mundus à sorde, sicut scriptum est: Nec infans cuius est vnius diei viata super terram. Sed omissis infantibus, debet nos hæc Ioannis sententia reddere admodum humiles, iudiciorumque Dei trementes, vt qua & se quoque comprehendat, quemadmodum facit & ceapostolus eius Iacobus, dicens; In multis offendimus omnes: & sapientissimus Daniel, dicens se quoq; confiteri peccata.

In fine li.  
3 contra  
Pelagiū.  
Lib. 20 de  
ciuit. Dei  
cap. 26.  
Job 25.

Iacobi;  
Daniel. 9.

### C A P V T . I.

18

cata. Nā si de se ira sentiunt viri illi sanctissimi, & in omnium virtutū studio cōsummatissimi, quid nobis faciendum esse putamus? Certè ingenuè fatendum est, complures qui ab hominibus iusti habentur, esse coram Deo abominabiles: multos quoq; eorū qui verè in luce ambulant, Deoq; placent, tam esse in pietatis negotio tepidos ac inertes, tam esse animo disfulto, & in lege Dei tā immoderatos, vt in omnibus penè operibus suis Deum offendant, & puluere peccatorum tantum non opprimātur.

Si confiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus vt remittat, &c. Ne propter peccatorum multitudinem desperaremus, mox aduersus quæcunque commissa peccata, seu parua, seu grandia, remedium subiicit Apostolus: simul explicans quid à nobis requiratur, vt ab omni nos peccato Christi sanguis emundet. Si, inquit, humiliiter agnoscamus peccata nostra, & aduersum nos ipsos ea confiteamur, reos esse nos agnoscentes, fidelis est Deus in promisso quo supplicibus veniam pollicitus est: & iustus vt remittat nobis peccata nostra, & ab omni semel iniunctate per sanguinem filij sui omnino mundos ac liberos faciat. Loquitur autem Ioānes de confessione peccatorum, qualis apud Moysem & Prophetas, ac in Euangelio describitur. Hæc enim ex dolore & erubescencia super peccatis proficitur, & inuocationē misericordiæ Dei

D 2 coniun-

IN I. EPIST. IOANNIS

coniunctam habet, sicut Leuitici 26. scribitur: Tabescent in iniqutis suis in terra inimicorum suorum, & propter peccata patrum suorum & sua affligentur, donec confiteantur iniqutates suas & maiorum suorum, quibus prevaricati sunt in me, & ambulauerunt ex aduerso mihi. Ambulabo igitur & ego contra eos, & inducam illos in terrâ hostilem, donec erubescat incircunscisa m̄s eorū: tunc orabit pro impietatis suis. Sic in Psalmo intellecū: describitur vir sanctus contra seipsum iniqutatem suam Deo confiteri, & orare pro ea in tempore oportuno. Exempla huius confessio-

<sup>1.</sup> Esdr. 9 & n̄is habēmus apud Esdram & Danielem. Ex 2. Eldr. 1. quibus locis intelligimus quam serium sit his & 9.

Daniel. 9. dium, qui peccata sua coram Deo verè confiteri volunt: nimis coniungendum esse luctum, jejunia, & eleemosynas, quēadmodum Esaias, Ioēl, ac Ionas prophetæ admonent. Et ut summā dicamus, de ea confessione hic loquitur Ioannes, cui coniuncta sunt ea quæ Deus, prout ei placet, varia varijs temporibus, pœnitentibus prescribit: vti Ioannes Baptista etiam vocalem & externam peccatorum confessionem, & aquæ ablutionem exigebat.

Confessionis autem meminit Ioannes, quia primum omnium in sanatione hominis est agnitus peccati. Quæ spes est (inquit August.) quoti-

Psal. 31.

<sup>1.</sup> Esdr. 9 &

2. Eldr. 1.

& 9.

Daniel. 9.

Esa. 58.

Ioēl 2.

Ioan. 3

In cōmēt.

C A P V T . I.

19

quotidie peccantibus nobis? Ante omnia confessio, ne quisquā se dicat iustum, & ante ocu- los Dei qui videt quod est, erigat ceruicē suam homo qui non erat, & est. Ante omnia ergo confessio, deinde dilectio: quia de charitate di- cītum est; Charitas cooperit multitudinē pec- catorum. Coram Deo autem facienda est non tantum generalis confessio, qua quis con- fiteatur se peccatorem: sed & specialis ac di- stincta, qua se hoc modo vel illo peccasse ag- noscat, iuxta quod dicit David: Iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper. Non enim nouit peccatum suum: qui non id nouit in particulari. Sic Apo- stolus Paulus etiam post baptis̄um particu- lariter recenset sua scelera, vt gratiam Dei sibi factam agnoscat. Quia verò multis quoq; oc- cultis peccatis laboramus, generali etiam opus est confessione, iuxta illud: Delicta quis intelli- git? ab occultis meis munda me domine.

Porrò in remittendis humiliter confiten- tium peccatis, fidelis dicitur Deus, quia videli- cet promissum suum seruat, quo pœnitentibus veniam promisit, dum ait: Si manseritis in ser- mone meo, cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos, scilicet à seruitute peccati, vt ex sequētibus est manifestum. Et iterum: Ego lux in mundo veni, vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat. Rursus: Si quid petieritis me, Ioa. 8. Ioa. 12. Ioa. 13.

huius loci  
tract. 1.

<sup>1.</sup> Cor. 15.  
Galat. 1.

<sup>1.</sup> Tim. 1.

Psalm. 18.

D 3 patrem.

## IN I. EPIST. IOANNIS

patrem in nomine meo, dabit vobis. Denique:  
Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.  
*Iustus* autem, ut interpretatur Beda, quia iuste  
dimitit verè confidentibus. Sicut iustum dici-  
tur, ut misereatur misericordibus: quia iustitia  
decentia est potius diuinæ bonitatis, quam re-  
tributio pro meritis. Dicitur enim Deus iustus,  
vel quia reddit homini prout meretur, & dig-  
nus est atque ei debetur: vel quia sic hominem  
tractat, ut summam illam Dei sapientiam atq;  
bonitatem decet. Vnde Anselmus: iustum est,  
inquit, ô Deus ut parcas malis, & ut facias bo-  
nos de malis: sed & iustum est, ut malos punias.

Quid namque iustius, quād ut boni bona, &  
mali mala recipiant? Quomodo ergo & iustum  
est ut malos punias, & iustum est ut malis par-  
cas? An alio modo iuste punis malos, & alio  
modo iuste parcis malis? cum enim punis ma-  
los, iustum est, quia illorum meritis conuenit;  
cum vero parcis malis, iustum est, non quia il-  
lorum meritis, sed quia bonitati tuæ condecés  
est. Hæc ille. Fortassis nomen *iustus* idem hic  
significat quād bonus, sicut i. Esdræ 9. dicitur:  
Domine Deus Israëli iustus es tu, quoniam de-  
relixi sumus, qui saluaremus, sicut die hac. Et  
in Psalmis: Exortum est in tenebris lumen re-  
ctis, misericors, & miserator & iustus. O do-  
mine libera animam meam, misericors domi-  
nus, & iustus, & Deus noster miseretur. Ut  
enim

Ioan. 20.

Ansel. c. 9  
& 10. Pro-  
sologij.

Psal. 111.

Psal. 114.

## CAPVT I.

20

enim iustitiae nomen generale est ad omnem  
virtutem ac bonitatem, ita & vox iustus. Simi-  
liter cum Ioanne loquitur Moyses in Canti-  
co: Deus (inquit) fidelis, & absque villa iniqui-  
tate, iustus & rectus. Sunt qui referunt illud, fi-  
delis, ad promissionem factam Abrahæ, atque  
adeò ipsi Christo semini Abrahæ, qua promi-  
sit omnes per Christum gentes benedicendas.  
Hæc benedictio continet remissionem pecca-  
torum, sicut docet Hieremias, describens no-  
num testamentum. Propitiabor, inquit, iniqui-  
tati eorum, & peccati eorum non memora-  
bor amplius. Hanc promissionem tanquam  
sibi factam repetit Christus apud Ioámem: De-  
disti (ait) filio tuo potestatem omnis carnis, ut  
omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam.  
Illud quoque, *iustus*, referunt ad hoc quod fi-  
lius emerit sanguine suo genus humanū, exolu-  
ens peccata quia non rapuerat, & dans ani-  
mam suam pro ouibus suis redemptionem. Si  
quis igitur hoc modo intelligat, sensus erit,  
Deus fidelis est filio suo in promissione quod de-  
dit ei de saluadis fidelibus, sicut ait in Psalmo: psal. 88.  
In æternum seruabo illi misericordiam meam,  
& testamentum meum fidele ipsi. Et iustus est  
Deus, qui nolit sanguinem filij sui frustrari, ut  
non reddat tanto pretio redemptos, aut tanto  
labori mercedem: ideōq; remittet peccata hu-  
militer confidentibus & innocentibus se per  
D 4 filium.

Ioan. 17.

Hiere. 31.

Psal. 88.

## IN I. EPIST. IOANNIS

filium. Alioqui, cum nemo viuat sine peccato, si nollet Deus confidentibus ignoscere: infidelis foret filio suo, cui promisit dare omnes gentes in salutem æternam: nec iustè cum filio suo ageret, quia sanguini non redderet mercedem, nec mercedem laborū: omnes enim homines propter peccata sua essent damnandi. Non improbabilis videtur hic commentarius, si aduertamus Apost. Paulum, dum ad Romanos & ad Galath. aduersus Iudaizantes disputat, & hæreditatem ac iustitiæ esse dicit ex promissione facta Abrahæ & semini eius, nempe Christo: quam irritam fore docet, & Dei fidelitatem exinanitam, si nemo ad hæreditatē veniret, nisi qui per legem rectè viueret: eo quod per legem nemo rectè viuere possit. Sic hoc loco Ioannes Deum ait futurum infidelē, si confidentibus nollet propter Christum ignoscere: quod alioqui nemo per Abrahæ semen Christum saluaretur: cum nullus reperiatur qui omnia vitet peccata. Rursus quemadmodum docet Apostolus, quod si per legem est iustitia, frustra mortuum esse Christum, ac per consequens iniustè. Ita quoque Ioannes gratis Christum ait mortuum fore, si confidentibus peccata nollet Deus ignoscere: nemo enim per Christum saluaretur: quare & iniustè mandatum ei esset ut pro humano genere moreretur.

*Si dixerimus quoniam non peccauimus. Si, inquit,  
etiam*

Roma.4.  
Galath.3

## CAPUT I.

21

etiam nos Apostoli, dixerimus nunquam nos peccasse mortaliter, siue damnati peccato subiacuisse, médacem dicimus esse Deum: & verbum eius, hoc est, Christus *non est in nobis*, habitans per gratiam. Aut verbum eius, hoc est, sermones eius & dogmata non sunt in nobis per veram fidē. Sæpius enim testatus est Deus omnes homines propter impietatem suam, saltem originalem esse ante gratiam suam æternę morti obnoxios. Sed nos huius rei ex Ioannis euangelio testimonia proferamus. Dilexerunt, inquit, homines magis tenebras, quam lucem: erat enim mala eorum opera. Et iterum: Ego testimonium perhibeo de mundo, quod opera eius mala sunt. Omnis qui credit in me, transit à morte ad vitam. Erant ergo prius in morte peccati. Omnis qui facit peccatum seruus est peccati, seruus autem non manet in domo in æternum, filius manet in æternum. Si ergo filius vos liberauerit, verè liberi eritis. Credentes idcirco nō perituros ait, quia Christus pro eis exaltatus est tanquam serpens: & dedit carnem suam pro vita eorum, & ex veteri vita renascuntur. His locis abundè Christus testatur, omnes homines priusquam ad ipsum veniant, seruos esse peccati, dignos æterno interitu. Similia loca habemus apud Paulum ad Rom.3.5.6.7. ad Ephes.2. ad Coloss.1. & 2. & ad Titum 3. vbi docet omnes homines antequam

Ioan.3.

Ioan.5.

Ioan.8.

1.Pet.10.

*IN I. EPIST. IOANNIS*

tequam ad Christum veniat, subditos esse peccato, & damnationi æternæ. Notandum autem Ioannem Apostolum, tum in hac epistola, tum in euangelio vocem (peccare, & peccatum facere) ita usurpare, ut ad grāde tantum & dannans peccatum pertineat, sed (habere peccatum, vel peccatum esse in aliquo) generaliter, tam ad veniale quam mortale: cuiusmodi distinctionem supra assignauimus inter habere tenebras, & ambulare in tenebris. Vnde in

*Ioan. 8.*

Euangelio: Omnis, inquit, qui facit peccatum, seruus est peccati: & cap. 3. huius epist. Qui in Deo manet, non peccat, & qui facit peccatum,

*2. Petr. x.*

ex diabolo est. Sic & Petrus: Hæc facientes, inquit, non peccabis aliando. Dixisse autem quod non peccauerint, inuenimus populum Israëliticum apud Hieremiam: Quomodo, inquit, dicens non sum polluta, & post Baalim non ambulaui. Et infrà: Quid niteris bonam ostendere viam tuam, ad quærendam dilectionem, quæ insuper & malitias tuas docuisti vias tuas,

& in alis tuis inuentus est sanguis animarum pauperum & innocētum? & dixisti: absq; peccato & innocens ego sum, & propterea aueratur furor tuus à me, Ecce ego iudicio contēdam tecū, eo quod dixeris, Non peccavi. Hoc

*Iob 31.*

à se alienum fuisse testatur B. Iob dicens: Si abscondi quasi homo peccatum meum, & celavi in sinu meo iniquitatem meam. Tanta enim sunt

*C A P V T I.*

22

sunt in cordibus impiorum tenebræ, ut se & esse, & semper iustos fuisse reputent: exemplo videlicet primorum parentum nostrorum, qui cum in paradiso euidētissimè essent Dei mandatum præuaricati, tamen quasi prorsus innocentes forent, nō se accusare, sed in Deum potius culpam referre elegerunt. Videtur autem istud dicere Ioannes aduersus Iudaizantes illos qui corruptæ naturæ prauitatem non agnoscabant, nec se vñquam sceleribus subiacuisse reputabant: quo modo posteà senserunt Pelagiani. Porro aliter hic loquitur Joānes quam supra, vbi ait, Si dixerimus quia peccatum non habemus: atrocius enim & vehementius est, mendacem facere Deum, quām nos ipsos seducere. Eius diuerfitatis hæc est ratio: quod Christus & scriptura frequentius inculcāt esse omnes antequam ad Christum veniant impios, quā iustos habere adhuc peccata. Deinde Vide Aug. error ille quo quis excepto Christo nunquam epist. 90. impius fuisse puratur, euertit planè mysterium redēptionis, & totam Christianam religionem. At error ille quo quis reputatur per graviam Christi eo peruenire, ut sit in hac vita sine omni peccato, tolerabilior est: præfertim cum in futuro seculo omni peccato simus carituri.

*IN CA<sup>2</sup>*



## IN CAPVT II.

**F**ilioli bac scribo vobis, vt non peccetis: Filioli (quæ vox est blandissimè monētis) quos per Euangeliū Christo genui, aut exhortatione mea offerre illi cupio. *Hac scribo vobis*, id ēst, hanc epistolam, siue hāc quæ iam dixi de emūdante nos Christi sanguine quoties humiliter peccata nostra confitemur; quodque omnes peccauerimus, & adhuc peccatum habeamus. *Vt non peccetis*. Solet vetus peccandi consuetudo, multitudo sociorum, & venia facilitas incentiū p̄b̄ere amplius delinquendi. Et sanè Apost. temporibus iactitare solent Gentiles, tradi à Christianis doctrinam de remissione peccatorum, quo liberius homines peccarent: quemadmodum est à nobis id latius declaratum in comment. circa illud primæ Petri 2. Quasi liberi & non quasi velamen habentes, &c. Ioannes igitur Apostolus tum contra hanc gentium calumniam, tum quia dixerat suisse nos omnes aliquando iniquos, & adhuc habere peccatum, nihilominus sanguine Christi & confessione pecca-

peccata deleri; dicit se hāc scribere, non quod liberius peccetur, sed vt vitentur peccata, ne vñquam recidāmus ad pristinam impietatem, vt agnita humana fragilitate nostra quotidie minuamus peccata, semp̄rg; ad remediu eorū cōfugiamus. Ne fortè, inquit Aug. impunitatē August. in videretur dedisse peccatis, quia dixit, Fidelis est loci huius & iustus qui mundet nos ab omni peccato: & dicerent iam sibi homines, peccemus, etiam securi faciamus quod volumus, purgat nos Christus: tollit tibi malā securitatem, & inferit vtilē timorē. Malè vis esse securus, solicitus esto, fidelis enim est & iustus vt dimittat nobis delicta nostra, si semper tibi displiceas, & muteris donec perficiaris: ideo sequitur, Filioli mei hēc scribo vobis vt non peccetis. Sed fortè surripit de vita humana peccatum, quid ergo fiet? iam desperatio erit? audi: *Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustum*. Ille ergo est aduocatus, da operam tu ne pecces. Si de infirmitate vitę surreperit peccatum, continuò vide, continuò dispiceat, continuò damna; & cum damnaueris, securus ad Iudicem venias; Ibi habes aduocatum, noli timere ne perdas causam cōfessionis rug. Hēc August. Beda in Non est (inquit Venerabilis Beda) sibi ipsi contrarius Ioannes, qui suprà nos sine peccato vivere nō posse prohibebat, Nunc autem ideo se scribere nobis dicit, ne peccemus. Sed ibi nos necel-

commen.

**IN I. EPIST. IOANNIS**

necessariè, prouidenter atque salubriter nostrę  
fragilitatis admonuit, ne quis sibi quasi inno-  
cens placeat, & se de meritis extollendo plus  
pereat: hic consequenter hortatur, vt si omni  
culpa carere nequimus, demus tamen operam  
quantum valemus, ne nos ipsi fragilitatem no-  
stræ conditionis negligenter agendo, augea-  
mus: sed contra omnia virtia strenuè vigilan-  
tēque dimicemus, maximè maiora & apertio-  
ra, quæ domino iuuante facilius superare vel  
cavere valemus. *Aduocatum habemus.* Videte ip-  
sum Ioannem seruarem humilitatem. Vir il-  
le iustus & magnus, non dixit, *Aduocatum ha-  
betis apud Patrem, nec me habetis,* dixit. Nec  
ipsum Christum haberis, dixit: sed & Christum  
posuit, non se; & habemus dixit, non habetis.  
Maluit se ponere in numero peccatorum, vt  
haberet aduocatum Christum: quam ponere  
se pro Christo aduocatum, & inueniri inter  
damnandos superbos. *Aduocatus*, ad verbum est  
paracletus. Paracletus autem significat & con-  
solatorem, & exhortatorem, & aduocatum.

August. in  
hunc clo-  
cum.

Lib. 4. de  
Theolog. Gregorius Nazianensis intelligit Christum  
dici paracletū, quòd sit exhortator ad bonum.  
Ad hunc modum (inquit) habemus Iesum pa-  
racletum, non qui supplicantiū seruorum mo-  
re ante pedes patris pronus volvatur, eiusque  
genibus accidat. (apage hanc verè seruilem &  
spiritu indignam cogitationem, neque enim  
hoc de

**C A P V T . I.**

24

hoc depositare patris est, neque filij in se ad-  
mittere) aut quasi de Deo hæc sentire sit iustū,  
sed quibus passus est, vt homo, eos fortiter age-  
re perdurare que suadet, vt sermo, vt monitor:  
hoc mihi sonat hic illa paraclesis, id est, exhorta-  
tio. Sed præstat Christum hoc loco intel-  
ligere paracletum, quia aduocatus sit: agitur  
enim hic de eo quod Christus apud iudicem  
patrem intercedit pro peccatis nostris. Dicitur  
autem Christus secundum humanam naturam  
aduocatus noster: vt enim aduocatus apud iu-  
dicem impedit quatenus potest rei damnatio-  
nem, accusatorem repellens: ita & Christus  
apud patrem reiicit accusatorem Sathanam, &  
patrē placando æternam nostri damnationem  
auertit. Vt Iesus homo est (inquit Nazianze-  
nus) etiam nunc pro salute nostra legationem  
obit, quādo corpus quod assumpserat & nunc  
habet. Obit, inquam, legationem tatisper, dum  
per hoc quid ipse factus est homo, me Deum  
faciat. Hæc ille. Quām ergo sollicitus est reus,  
vt amicū habeat aduocatū dominū, sine cuius  
opera mortem euadere non potest: tam certè  
Christianī omnes in adeundo Christū, ac con-  
ciliando studiosi esse debent ac diligētes. Si, in-  
quit Cyprianus, pro nobis ac pro delictis no-  
stris Christus laborat, & vigilat & precatur:  
quantò nos magis insistere precibus, & orare,  
& primo ipsum dominum rogare, tum deinde  
per ip-

Cypr. li. 4  
epist. 4.

## IN I. EPIST. IOANNIS

per ipsum Deo Patri satisfacere debemus? Hābemus aduocatum & deprecatorem pro peccatis nostris Iesum Christum dominum nostrum, si modo nos in præteritum peccasse pecciteat, & confitentes ac intelligentes delicta nostra quibus nunc Deum offendimus, vel de cætero nos ambulare in vijs eius & præcepta eius metuere spondeamus. Solet aduocatus iudicem placaturis ea allegare quibus citra rei damnationem, iustitiae satisfaciat: similiter & aduocatus Christus profert apud Patrem sanguinem suum, tanquam peccatorum nostrorum redēptionem.

**Hebr.9.** Introijt(ait Apostolus) cœlum vt appareat nūc vultui Dei pro nobis: hoc est, in cœlo, ubi Deus videtur, commemorat semper Christus passionem suam, ut patrem suum placatum nobis reddat. Ut enim ait Ambrosius: Hic vmbra, hic imago, in cœlo veritas: vmbra in lege, imago in euangelio, veritas in cœlestibus, Ante agnus offerebatur, offerebatur vitulus; nunc Christus offertur, sed offertur quasi homo, quasi recipiēs passionem, & offert se ipse quasi sacerdos, ut peccata nostra dimittantur: hoc in imagine, ibi in veritate, ubi apud patrem pro nobis quasi aduocatus interuenit. Hæc Ambrosius. Quemadmodum nos dominice passionis memoriam jugiter in Missa recolimus, & pro electis omnibus Christum passum patri offerimus: ita & Christus ipse semper fere patri

**Lib.1.offi-**

**c.48**

## CAPVT II.

25

patri offert, mortuū se pro peccatis nostris al-gans. Secundò, aduocati est, vt iudicem pla-cet proferre humilitatē ac preces Rei, & quic-quid is boni habet: consimilem in modum al-legendat Christus apud patrem fidei nostræ con-fessionem. Hinc Paulus Apostolum eum vo-cat, & confessionis nostræ Pontificem. Et Sy-nodus Ephesina prima: Appellatum (inquit) dicimus vnigenitum à Paulo Apostolum & Pontificem confessionis nostræ, tāquam sacri-ficanté Deo & patri fidei nostræ confessionem, quæ à nobis p̄fis, & per ipsum ipsi Deo patri in-cessanter offertur. Vnde Apostolus: Gratiæ per Christum agit patri de fide Romanorum. Sicut autem nostræ fidei confessionem & gra-tiarum actionem Deo sacrificat, ita quoque & preces & reliqua nostra bona opera. Hinc Pe-trus offerre nos ait Deo hostias spiritales, ac-ceptabiles ei per Iesum Christum, ut sicut omnia Dei dona per Christum in nos effunduntur, ita rursus Deo per Christum offerantur, & ad eum redeant. Nullus, ait Cyrillus, accedit ad patrem nisi per filium, per quem adductionem **Ioan.ca.7** habemus ad patrem in spiritu, ut scriptum est. **Ephes.2:** Ideò se portram & viam appellat, quia, inquit, **Ioan.14:** nemo venit ad patrem nisi per me. Nam in-quantum filius & Deus est, vñà cum patre no-bis bona largitur: inquantum vero mediator est, & pontifex & paracletus (id est, aduocatus)

E nostras

nostras preces ad patrem adducit : Ipse enim nobis libertatem atq; fiduciam ad patrem largitur . Orandum igitur in nomine Salvatoris est, si exaudiri à patre volumus. Hæc Cyrillus. Similia habet et Beda scribés in 8. cap. Apocal. vbi interpretatur illud de Christo: Stetit angelus ante altare, habens thuribulum aureum, & data sunt ei incensa multa , vt daret de orationibus sanctorū omnium super altare aureum, quod est ante thronum , & ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu angeli coram Deo. Christo ait Beda, delegauit Psal. 140. Ecclesia preces suas , dicens : Dirigatur oratio mea sicut incensum,in cōspectu tuo. Accepisse autem de orationibus sanctorum idem Christus dicitur et obtulisse , quia per ipsum omniū possunt preces ad Deum suauiter peruenire: ipso Christo domino se hostiam suavitatis offerente compunctio cordis sanctorum acceptabilis facta est. Tertio solet Aduocatus apud iudicem agere, vt gratiose cum reo agatur,nec eum tractet secundum rigorem iustitiae : sic et dominus Iesus, teste Apostolo , pro nobis interpellat . Interpellat autem, hoc est, postulat: quemadmodum epistola ad Paulinum interpretatur Aug . Evidenter quippe de Christo dicitur, Aduocatum habemus apud Patrem, et ipse est exoratio pro peccatis nostris. Ideo autem Apostolus non dixit simpliciter orat , sed inter-

Roma. 8.  
Hebr. 7.  
Epist. 59.  
x. Ioan. 2.

interpellat : quia explicare voluit ardentem Christi pro nobis charitatem & solicitudinem. Valde enim diligenter postulant , qui non expectata opportunitate , vel donec alteri vacet, audacter interpellant postulaturi. Non est autem carnaliter intelligenda Christi oratio ad patrem, tanquam in alio loco pater sedeat , in alio filius ante patrem stet , spatia sua quæque amborum occupantibus molibus , & quasi filius verba faciat pro nobis, interuallo interpolato inter os loquétis & auriculas audientis: aut quasi Christus ibi ingemiscat , miserabiles voices edat, vel corpus suum humiliter collocet, flectens genua vel procidens in faciem . Hæc enim omnia spiritui incorporeo, Deo Patri, nō conueniunt , & Christum secundum humanam naturam in illo loco felicitatis plenè beatum non decet . Sed ideo orat Christus Deum, quia cum secundum humanam naturā non sit omnipotens , qui sua virtute possit hominem reparare, id tamē valde à Deo fieri desideret: hoc ergo desideriū quādo se potentiori Deo aperit ac explicat, orare dicitur : eo quod nihil aliud sit oratio , quām explicatio desiderij apud potentiores inducens eum vt is desideriū completeat . Vnde beatus August. constanter afferit, In Psal. 19. Christum nūc etiam pro nobis orare . Impletat & Psal. 29. dominus (inquit) ô Christe omnes petitiones in prefat. Itēli. 1. de tuas, non solū petitiones quas habuisti in terra, Trin. c. 10. sed

sed etiam quibus in cælo interpellas pro nobis.

Inter tria aduocati Christi officia, maximè excellit, quod primo loco positum est, nempe quod patri passionē suam pro peccatis nostris offerat: ac deinde tertium. Orationem autē pro nobis non offert Deo patri, nisi per passionem suam, & ea quæ in humana natura in hac vita gessit: Nititur enim omnis eius oratio merito passionis eius. Vnde Venerabilis Beda: Vnigenito, inquit, filio pro homine interpellare, est apud coæternum patrē seipsum hominem demonstrare: eiique pro humana natura rogasse, est tandem naturam in diuinitatis suæ celistudinem suscepisse. Interpellat ergo pro nobis dominus, non voce (scilicet miserabili) sed miseratione: quia quod dānare in electis noluit,

Ex Gre-  
gorio lib.  
2. Moral.  
cap 18.  
Homel. 15. suscipiendo seruauit. Porrò Chrysostomus in 8. cap. epistolæ ad Roma. scribens, negat Christum interpellare pro nobis secundum diuinitatem, sicut dicit non simpliciter intelligendum

Rom. 8. quod ait Apostolus, Proprio filio suo non percit Deus: nam secundum diuinitatem Christus nō fuit afflictus, quemadmodū Aug. illud

Ioan. 16. Ioannis: Et non dico vobis quia ego rogabo Patrem de vobis, interpretatur de Christo secundum diuinitatem. Certè sequaces Chrysostomi Theophilactus & Oecumenius nihil dubitant asserere Christum nunc pro nobis orare secundum quod homo est. Cæterum Ruper-

tus Tui-

tus Tuitiensis lib. de diuinis officijs docere co- Lib. 9. c. 2.  
natur aliquot argumētis nō orare iam Christū pro nobis. Sed ea quoniā longè latēq; dissolui-  
mus in libello de inuocatione sanctorum, ne Cap 15.  
ijsdem repetendis actum agere videamur, eò  
lectorem remittimus.

*Non tantum pro peccatis nostris, sed etiam pro uni-  
uerso mundo. Cæterū aduocati appellatio, iuxta  
vniuersa illa quæ suprà Christo attribuimus of-  
ficia, in cæteros sanctos non competit. Neque  
enim passiones suas Deo patri allegant, tanquā  
sufficiēt peccatorum nostrorū precium, quan-  
doquidem redimendis alijs mortem nō subie-  
runt. Vnde Aug. tractans hunc Ioánis locum,  
rectè docet unicum esse apud patrem aduoca-  
tum & mediatorem. Si, inquit, Ioánes diceret:  
Si quis peccauerit, mediatorē me habetis, ego  
exoro pro peccatis vestris: quis eum ferret bo-  
norum atque fidelium Christianorum? quis si-  
cūt Apostolum Christi, & non sicut Antichri-  
stum intueretur? Homines enim omnes Chri-  
stiani inuicem se cōmendant orationibus suis:  
pro quo autem nullus interpellat, sed ipse pro  
omnibus, hic vñus verūisque mediator est. Hęc  
August. Nihilominus, quia quod in aduocati  
officio tertium enumerauimus, nempe orare  
pro reo, in cæteros etiā sanctos cōuenit: quem-  
admodum luculenter asserit etiam August. sic  
inquiens: Dominus noster Iesus Christus ad-*

In Psal. 83

E 3      huic

huc interpellat pro nobis, omnes martyres qui cum illo sunt interpellant pro nobis, non transfeunt interpellationes ipsorum nisi cum transferit gemitus noster. Quia, inquam, pro nobis orare, sanctis omnibus cum Christo commune est: recte hac ex parte dicuntur illi aduocati nostri. Vnde Irenaeus. In obedientis, inquit, virtute hæres. ginis Euæ obediens virgo Maria facta est aduocata. Et Aug. de episcopis benedicentibus ad Paulin. populum, loquens: Susceplos suos, inquit, velut aduocati, misericordissime offerunt potestati.

*Iesum Christum iustum.* Non sit hic mentio de iustitia iudicis vindicativa (hęc enim si sola cogitetur arcet ac deterret homines à Christi accessu, sed de iustitia innocentie. Is enim est idoneus ad placandum pro ceteris iudicē Deum, qui propter iustitiam suam & perfectam pietatem omnibus modis Deo placet, & reconciliatore pro se non indiget. Vim vocis (iustus) latius explicat Apostolus ad Hebreos. Iesus, inquit, saluare in perpetuum potest accedentes per ipsum ad Deum: semper viuens ad interpellandum pro nobis. Talis enim decebat ut nobis esset pontifex sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior calis factus, qui non habet necessitatem quotidie (quemadmodum sacerdotes) prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi.

Illud, apud patrem, iungendum est cum voce  
(aduo-

(aduocatum) apud patrem inquam, tanquam iudicem. Solet Christus patri tribuere quę diuinitati conueniunt: vnde & hic pater nomen est primę in diuinis personę: & quicquid ei hoc loco adscribitur, commune est & filio & Spiritui sancto. Christus enim secundum humanam naturam aduocatus est etiam apud seipsum secundum diuinam naturam, & apud Spiritum sanctum.

*Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris.* Ne quis fortasse putaret Christum aduocatum esse similem illis, qui subinde causa cadunt, ac suos clientes quos tuendos suscepserunt frustrantur, adiecit Ioannes semper eum obtainere quod tāquam aduocatus noster postulat à Deo. Ipse, inquit, propitiatio est pro peccatis nostris: hoc est, ipse est sacrificium, reddens Deum proprium, & ei pro peccatis nostris satisfaciens. Quæ August. in est, inquit August. ista propitiatio, nisi sacrificium? & quod est sacrificium, nisi quod pro nobis oblatum est? Sanguis innocens fusus, deleuit omnia peccata nocētum: pretium tantum datum redemit omnes captiuos de manu captiuitatis inimici. Porrò vocem Græcam quam interpres noster hic vertit (propitiationem). August. infra cap. 4. huius epistolæ, reddit (litterarem) hoc est, sacrificatorem, quia Christus sacrificauit se pro peccatis nostris.

*Sed etiam protinus mundi.* Beda & Augustinus  
E 4 tracta-

Psal. 119.

tractatu 1. & 5. in hanc epistolam, nomine *tatius mundi*, Ecclesiam intelligunt per totū mundum diffusam, sive omnes fideles per orbem sparsos. Beatus Ioannes, inquit Cyrillus, quoniam erat Iudeus, ne pro Iudeis tantum aduocatus esse dominus apud Patrem videretur, non autem etiam pro alijs gētibus quā vocatae obsecutæ sunt, necessariō (pro toto mundo) adiecit, id est, pro omnibus qui ad fidem vocati, ad iustitiam & sanctificationē perueniunt. Ocumenius & alium habet commentarium, vt Ioannes hoc dixerit, non illis tantum promissiōnem fieri, qui illo tempore viuebant, verum etiam omnibus qui postmodum futuri essent. Probabilissimum esse videtur, Ioannem hoc loco docere, Christum propitiatiōnem esse pro peccatis non tantum eorum qui iam Christiani erant, sed & omnium electorum quos adhuc impios de omnibus erat mundi partibus patri reconciliaturus. Electos adhuc impios, vocat (mundum) quia mundum adhuc contemptu Deo diligunt: & totum mundum, quia ex omni genere hominum, ex omni tribu, & lingua, & natione quosdam dominus ad se convertit & saluat. Ideo verò hoc addit Ioannes, vt Christiani pro infidelib⁹ etiam & persequenti⁹ & calumniantib⁹ se, diligēter orarent, scientes videlicet etiam pro talibus Christum esse apud Patrem aduocatum & propitiatiō-

Lib. II. in  
Ioā ca 19

tiationem. Similis locus est primæ ad Timotheum 2. vbi Paulus pro omnibus vult hominibus Christianos orare, quod Deus velit omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire, quod unus sit Deus omnium, unus etiam mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, qui dedit semetipsum redēptionem pro omnibus. Ex iam dictis clarum est, non esse separādum in Christo aduocati officium, ab redēptoris & satisfactoris officio, quemadmodum facit Ambrosius Catharinus in libello de perfecta iustificatione à fide & operibus, docens Christum non esse pro peccatis post baptismum commissis crucifixū & mortuum, nec pro his satisfecisse Deo, sed pro eis factum esse tantum aduocatum qui veniā quidem sua causa imploret, sed si à cliente suo pro iniuria satisfiat: quia videlicet sicut Christus semel tantum mortuus est, ita etiam semel tantum tornēta passionis eius applicari nobis possint. Sed aduersatur haud dubiè scripturis sacris, & in primis quidem, Ioanni Apostolo, qui ait hoc loco, quod & se, & ceteros Christianos ab omni peccato filij Dei sanguis emundet. Et in Euāgelio: Ecce agnus Dei qui tollit peccata Iōan. x. mundi. Repugnat deinde & Apostolo Paulo, docenti Christum se tradidisse pro Ecclesia ut fieret sine omni macula & ruga: Christum Ephes. 5. una oblatione consummasset in sempiternum Hebr. 10. sancti-

IN I. EPIST. IOANNIS

- Hebr.9 sanctificatos : mortemque eius intercedere in redemptionem præuaricationum earum, quæ sunt sub veteri testamento : & in eo sine sanguinis effusione nullâ fuisse remissionē , etiam illis qui peccarunt post circuncisionem: Quare nec relapsi post baptismū in alio gloriarī posse sunt, quam in cruce domini nostri Iesu Christi. Contradicit deinde, ut & alias frequentissimè Lib.6. cōtra Iulia-  
num ca. 8. B. etiā Augustinus , qui nullam esse ait iniquitatem impunitam, nisi quām sanguis mediatoris expiauerit . Et rursus: Quia, inquit, etiā sub gratia positis in hac mortali vita difficile est omni modo implere quod in lege scriptum est, Non concupisces : Christus per carnis suæ sacrificium sacerdos effectus, impletat nobis indulgentiam, etiam hinc adimplens legem , ut quod per nostram infirmitatem minus possimus, per illius perfectionem recuperetur, cuius capitis membra effecti sumus . Vnde Ioannes dicit: Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Deum, etc. Aduersatur deniq; & sancto Ambrosio dicenti, lib.1. de pœnitentia relapsorum post baptismum cap. 15. Pascha nostrum immolatus est Christus, hoc est, passio domini omnibus profuit, & peccatoribus donavit re-lib. 7. in il demptionem , quos flagitijs pœnituit admissi. lud Lucæ: Itaque epulemur, bonum cibum pœnitentiam Occidite vitulum gerentes, lati redemptione . Quare pro ijsdem saginatu. prorsus Christus mortuus est & satisfecit , pro quibus

C A P V T II.

30

quibus nunc tanquam aduocatus passionem suam patri allegat : quemadmodum hoc loco Ioannes pro ijsdem peccatis eum facit aduocatum, & propitiationem: propitiator autem (ut ait Apołt.) propositus est per fidem in sanguine ipsius. Roma.3.

*Et in hoc scimus quoniam cognoscimus eum, id est, hoc argumento cognoscere possumus vtrum Deum norimus : si videlicet mandata eius de dilectione proximi obseruamus . Qui dicit se nosse Deum , & mandata eius non custodit ; mendax est, & in eo veritas non est. Qui autem seruat verbum eius, id est, præceptum eius de dilectione proximi: verè in hoc charitas Dei, id est, qua Deū diligit, perfecta est . Quia scilicet non tantum diligit Deum, diligēdo amicos, sed etiam inimicos. De qua charitatis perfectione etiā Christus loquitur, dum ait: Si diligitis eos qui vos diligunt, quam mercede habebitis : nōnne & Publicani hoc faciunt? Estote ergo perfecti, sicut & pater vester cælestis perfectus est. Alioqui nullius charitas in hac vita omnino perfecta est , sicut ait Apostolus de seipso : Velle adiacet mihi, perficere Roma.7. autem bonum non inuenio . Fratres ego non Philip.3. arbitror me comprehendisse, etc. In hoc scimus quoniam in ipso, Deo, sumus, dum videlicet Christi membra existētes, per ipsum Deo tanquam summo bono nostro vñimur. Qui dicit se in ipso, Deo, manere, ut verum dicat: debet, sicut ille ambulanis*

## IN I. EPIST. IOANNIS

bulauit & ipse ambulare, id est, ut Christus erga inimicos se gessit, dum mundum impium redemit, & pro transgressoribus oravit, & adhuc orat, sed & is animo erga suos inimicos esse deberet. Porro totum hoc, Et in hoc scimus quoniam, &c. putat Oecumenius Ioannem dicere, ut ostendat quis cum Deo societatem illam habeat, de qua primo cap. sermonem fecerat. Potius videtur Ioannes id est hæc dicere, ut Christiani ad quos scribit, dilectionem erga infideles ostendant: agit enim propriè de mandato dilectionis proximi, sicut inferius magis patebit.

*Nosse Deum*, experientia notitiam hoc loco significat: qua quis videlicet cognoscit eum cum quo societatem & amicitiam & coniunctionem habet: cuiusmodi notitia nouit dominus vias iustorum, nouit qui sunt sui: non autem peccatum, nec operarios iniquitatis, vel fatuas virginies. Vnde pro ipsam habet Ioannes, *Nosse Deum*, Deum perfectè diligere, esse in Deo, & manere in Deo. Non sequitur igitur ex hoc loco carere fide ac simplici Dei notitia, quotquot non custodiunt eius mandata: cum in euangelio apertè dicat Ioannes, multos credidisse in

*Christum*, qui magis dilexerunt gloriam hominum, quam gloriam Dei. Gregorius vero dum ex hoc loco tātam semper colligit esse charitatem, quanta est fides: non de simplici fide loquitur, sed de ea qua quis Deo adheret, eiq; tanquam amicus

Psal. r.

2. Tim. 2.

2. Cor. 5.

Matth. 7.

Luc. 13.

Matth. 25.

Ioan. 12.

Homil. 22.

super Eze-

chiel.

## CAPUT II.

31

amicus coniunctus est: quomodo de simili notitia Dei loquitur hic Ioannes. Annotandum & illud verbū, *scimus*, simplicis hic notitiae vocem esse: neque dicere Ioannem, certò nos cognoscere, quod Deo simus amici: sed certum esse, quod quisquis Dei mandata custodit, gratus ei fit, quodque mandatorum diuinorum custodia, infallibile sit cum Deo amicitiae signum. Ceterum vtrumne tu Dei mandata obserues, id te Ioannes scire non dixit: eoque nec credere debere quod Deo placeas. Quare nihil omnino facit hic locus ad statuendum illud Lutheri dogma, quo vult debere quenq; certò credere esse se in gratia Dei.

*Charissimi, non mandatum nouum do vobis, &c.*

Pergit hortari ad dilectionem proximi. Mandatum, inquit, fraternalē dilectionis quod vobis scribo, non est recens alicuius inuentum, aut figuratum, cuiusmodi esse solent falsa philosophorum & hereticorum dogmata, & tyranorum mandata, *sed mandatum vetus*. Ideo autem vetus, quia id *habuistis ab initio*, hoc est, eratis ad illud ab initio obligati: & ab initio præcipi illud vobis, audistis. *Mandatum vetus*, est verbum quod audistis. Subiungunt hic iterum Graeca, *ab initio*. Agitur autem de initio prædicti euangeli. Quum primum enim annunciatum eis fuit euangelium, propositum est mandatum dilectionis proximi. Sic intelligere videtur

IN I. EPIST. IOANNIS

detur August. Aliter Didymus & Oecumenius, qui mādatum dilectionis proximi, vetus dici interpretatur, quōd ab initio creationis fuerit mētibus hominum insculptum vt sic alteri faciant, quemadmodum sibi fieri velint: idq̄ ab omnibus audiri Deo per naturā legem in cordibus loquente. Verum aduersus hunc commētarium obijci statim potest, quod dilectionis præcepta, facta dicantur ad Calatas post quadringentos & triginta annos à promissione facta Abrahę. Non esse igitur mādatum dilectionis datum ab initio creationis. Sed respondendum est, significare ibi Paulum naturā legem longè post Abrahę tempora, clārē manifestatam esse & externis literis in tabulis lapideis à Deo descriptam. Notus est enim tropus quo fieri tunc demum res dicitur, quādo innotescit. Ioannes autem de ea loquitur legis Dei cognitione, quę homini innata est, & clara fuit dum homo adhuc integer esset, at nunc post corruptionem vehementer est obscurata. Erat, inquit Aug. ista lex Moysi occulta ab initio, cum homines iniquos natura ipsa conuinceret, alijs facientes quod sibi fieri non luissent.

*Iterum mandatum nouum scribo vobis*, hoc est, mandatum dilectionis fraternalę, quod iam vetus esse dixi, quadam ratione nouum est & reccens. Dicitur mandatum dilectionis nouum,  
quia

Aug. epist.  
89 ad Hi-  
larium.

C A P V T II.

32

quia noua est huius mandati impletio: noua autem dicitur fraterna dilectio, tum ex ipsis hominibus qui dilectionem habent, tum ex ipsa dilectionis origine. Ex hominum quidem parte, quia recenter ab aduentu Christi manifestatum est mundo, vnde dilectionis mandatum impleri posset: iuxta quod ait Apostolus: Nunc sine lege iustitia Dei manifestata est, testificata à lege & Prophetis. Iustitia autē Dei per fidem Iesu Christi in omnes credentes. Rom.3. Deinde, quia post missum Spiritum sanctum Astorū. ceptum est ab hominibus rectē agi, et inchoata est vita secundum Dei mandata. Denique, quia ad nouam & incognitam immortalitatem & fœlicitatem homines ducit. Ex parte vero originis suę noua dicitur fraterna dilectio, quia non habetur ex primo Dei pacto, quod is cum priore Adam ante peccatum iniit, & per Moysen renouauit: quōdque ille cum posteris suis irritum fecit, sed ex secundo & novo Dei pacto, quod post lapsum cum homine misericorditer pepigit, & per secundū ac nouissimum Adam novo modo ex Spiritu sancto & virgine generandum, novo modo sine vlo suo peccato occidendum, & nouum omnino fine villa miseria resurrectum, implere promisit. Vtranque iam datam rationē attingit Apostolus, ostendens mandatū dilectionis esse nouum, dum dicit, quod verum est & in ipso, & in vobis;

vobis; quia tenebra transferunt, & verum lumen iam lucet. Quod, scilicet mandatum dilectionis esse nouum, verum est, & in ipso Christo, tanquam noua origine, unde dilectio res valde noua descendit. Idem verum est etiam in vobis qui per dilectionem fraternalm, quam ex Christo accipitis, innouamini. Quia veteres tenebrae ex priore Adam contractae: tenebrae (inquam) tam ignorantiae, qua Dei iustitia nesciebatur, quam peccatorum, quibus Dei præcepta contemnebantur, transferunt, id est, transiunt ac prætereunt, dum in fide & obediëtia Christi, quotidie magis ac magis proficitis. Ponitur enim hic præteritum pro præsenti: quin & Græcè est (transiunt). Et verum lumen iam lucet. Hæc autem de pulsio tenebrarum sit per Christum, qui est vera lux. Iam, hoc est, tempore propagationis euangelij, post Spiritum de cœlo missum: lucet hominibus, corda eorum ab antiqua infidelitate per fidem corrigens, & ab antiqua prauitate per charitatem emendans; quomodo corporalis lux & illustrat & inflamat. Simili modo dum in euangeliō dominus ait: Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos, ostendit fraternalm dilectionem à se tanquam origine nouâ esse, & proinde nouum eius mandatum. Nouum enim exemplum mutuæ dilectionis Christus exhibuit, dum pro hostibus suis ipse tam nouus homo ut etiam Deus esset, & fine

Ioan. 13.  
& 15.

sine omni peccato in patibulo mortuus est. Nec solum exemplum nobis exhibuit, sed ipsius etiam dilectio in nobis quoque fraternalm dilectionem operatur. Quod enim dicit, Dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem, significat Christum ad hoc dilexisse nos, vt ei essemus similes in mutua dilectione: hoc nobis cōfert diligen-  
do nos, vt mutua dilectione constringamus in-  
ter nos, & tam dulci vinculo connexis mem-  
bris corpus tanti capit is simus. Sed fortè ob-  
ijcies. Si mandatum Dei nouum dicitur, quia  
inconsuetum est vt illud homines obseruent,  
& eius obseruatio non nisi ex nouo Dei pacto  
per nouum Adam habetur: debet ergo etiam  
verus dici mandatum, quia consueuerunt à  
principio mīdi Dei mādatum violare, id quod  
ex veteri Adā contraxerunt. Ad hēc, ex primo  
Dei pacto lex Dei præuaricatoribus dānationē  
infligit, contra obediētes ad nouam beatitudi-  
nem perducit. Respondendum est, manda-  
tum dilectionis, legēmq; Dei in se ē vnam ean-  
démque diuersorum tamen hominū respectu,  
& nouam esse & veterem: quia videlicet in di-  
uersis diuersa operatur, In sanctis quidem per  
nouum Adā noua operatur, sicut ait Prophe-  
ta: Lex domini immaculata conuertens ani-  
mas. In impijs verò per veterem Adam vetera  
operatur, iuxta quod ait Apostolus; Virtus pec-  
cati lex: Sanctos ducit ad vitam, sicut Christus  
F dicit:

Psalm. 19.

1. Cor. 15.

## IN I. EPIST. IOANNIS

Ioan. 12. dicit: Mandatum patris mei vita eterna est: im-  
pios ducit ad veterem & solitam damnatio-  
nem, sicut ait Apostolus: Lex iram operatur, et  
litera occidit. Idem igitur mandatum dilectionis & vetus dicitur propter veteris hominis  
noxam, quæ per literam iubentem & minan-  
tem minimè sanatur: & nouum dicitur, prop-  
ter nouitatem spiritus, quæ hominem nouum  
sanat à virtute veteris. Idem mandatum &  
noxiū est homini carenti gratia Christi, &  
valde salutare est homini dum translatus est ad  
Christum, sicut sol dolentibus oculis nocet, sa-  
nos mulcet: quod enim est oculis sanitas ad vi-  
dendum solem, hoc est gratia mentibus ad im-  
plendam legem. Sic scientia sine charitate in-  
flat, cum charitate non solum non inflat, sed  
etiam firmat.

*Qui dicit se in luce, id est, in Christo esse, & odit  
fratrem suum, id est, quemcunque hominē. Om-  
nes enim inter nos fratres sumus ex uno patre  
Deo, conditore ac redemptore omnium, item  
ex uno primo parente, in tenebris est vitiorum,  
etiam si nomine & sacramentis Christianus &  
sanctus censeatur. Recte addit, usque adhuc: om-  
nes enim quia in tenebris nascuntur vitiorum,  
in tenebris permanent, donec gratia baptismi  
per Christum illuminentur, & ab eo spiritum  
charitatis accipiant.*

*Qui diligit fratrem suum, manet in lumine, id est,  
in Chri-*

## C A P V T . II.

34

in Christo, à quo sic dirigitur, ut offendicula ad  
quæ impingere & in peccata corrumpere posset,  
videat, & visa caueat: hoc est enim quod dicit  
Ioannes *scandalum seu impactio & offenditio in*  
*eo non est*, quemadmodum pedibus offendere  
solent qui in corporalibus tenebris ambulanti.  
Qui diligit fratrem, non scandalizatur ex pījs  
hominibus, quia pietati eorum congratulatur:  
non scandalizatur ex impijs, quia quos potest  
corrigit, potius quam imitatur: quos verò cor-  
rigere non potest, ijs compatitur magis, quam  
indignatur. Qui diligit fratrem, non ita homi-  
nes sancte cuiusque professionis attendit, ut fi-  
des vel pietas eius ex eorum moribus pēdeat,  
ne aliquibus cadentibus quos pro magnis ha-  
bebat, ipse scandalō pereat: sed ipsum Deum psalmū.  
eiisque legem praecepit, & propterea  
fratrem: ideoque nullum est ei scandalum. Se-  
curus enim diligit Dei legem, in qua et si multi  
peccant, peccare ipse non nouit: & si bona pro-  
fessionis homines propositum suum deferant,  
Dei tamen & legis eius iustitia perseuerat. Qui  
diligit fratrem multo magis diligit totam fra-  
ternitatem, hoc est, Ecclesiam, longèque am-  
plius dominum Christum: quare & Ecclesiæ  
doctrinam & Christi mysteria veneratur, non  
dubitans ea esse certissima, etiam si ea fortasse  
non intelligat: eoque nec impingit contra Ec-  
clesiam ut eam derelinquit propter doctri-  
nam.

F 2 nam.

IN I. EPIST. IOANNIS

nam. Neque verò mirum est eum qui diligit fratrem non scandalizari , habet enim lucem Christi vbiq; se dirigeat, sicut dictum est. *Qui autem odit fratrem suum, in tenebris est, &c.* Alludit ad illud Psal. 118. Pax multa diligentibus legem tuam & non est illis scādalu[m]. Item ad illud capitulū 11. euangelij sui. Si quis ambulauerit in die non offendit, quia lux huius mundi videt. Si autem ambulauerit in nocte, offendit, quia lux non est in eo. *Nescit quo eat.* It enim nescius in gehennam, ignarus & cæcitus præcipitatur in pœnām ; & làqueis diaboli captiuus trahitur in variis tentationes & offendicula. *Quia tenebre obtacauerunt oculos eius, id est, peccata mentem eius & intellectum ita excœcat,* ut p̄ amore vitiorum aut non videat diuina mandata: aut si vider, cor auerrat, mentemque amaris vitijs occupat.

In tract.  
super hūc  
locum.

*Scribo vobis filiolī, &c.* August. eosdem triūm hic æratūm nominib[us] appellari intelligit, Filiolos, videlicet siue puerulos aut infantes, patres, & adolescētes, siue iuuenes: estque secundum eum hic sensus : *Scribo vobis omnibus Christianis, tanquam filiis, quoniam remittuntur vobis peccata propter nomen eius, Christi videlicet: & in nouam vitam regeneramini.* *Scribo vobis patres, id est, scribo ijsdem vobis tanquam patribus atque antiquis, Quia cognovis̄t eum, Christum videlicet, qui admodum vetus est & antiquus,*

C. A P V T II. 35

tiquus, est enim ab initio, antequam quicquam esset. *Scribo vobis ijsdem tanquam adolescentibus seu iuuenib[us], quoniam vicis̄t malignum, dia-bolum quotidie vincitis vos oppugnatātem, qui per antonomasiā malignus siue malus dici-tur.* Filii sunt, patres sunt, iuuenes sunt : Filii, quia nascuntur ; patres, quia Christum qui est principium & antiquus dierum agnoscunt; iuuenes, quia fortes sunt. In filijs nativitas, in pa-tribus antiquitas, in iuuenib[us] fortitudo. *Scribo vobis infantes, &c.* Eadem repetit, vt dona à Deo accepta vehementius nobis commendet, *quia cognovis̄t patrem, id est, quia cum Deo patre ve-stro amicitiam habetis, per fidem ex eo renati.* *Scribo vobis patres, id est, mementore vos patres esse, quia cognovis̄t eum qui à principio est, si obliuiscimini eum qui à principio est, si illi nō ad-hereatis, excidetis à paternitate & senectutis honore.* *Scripsi vobis iuuenes, etc. etiam atq; etiam cōsiderate, quod iuuenes estis, pugnate vt vin-catis; vincite vt coronemini, humiles estote ne cadatis in pugna. quoniam fortes estis, & verbum Dei manet in vobis, & vicis̄t malignum.* Aliter Oecumenius: is enim filiolos siue pueros inter-pretatur infirmos Christianos, qui tanquam paruuli non nisi lactis adhuc tantum capaces sunt. Hos Ioannes scripto suo honorat, quia etsi imperfecti sint, accipiunt tamen per Chri-stum remissionem peccatorum, eiisque tanquam

Ioan. 1.

Daniel. 7.

r. Cor. 3.  
Hebr. 5.

## IN I. EPIST. IOANNIS

patri suo adhærent. Patres intelligit viros perfectos, qui alios etiam spiritualiter generare possunt. Hos honorat Ioannes scripto suo, quia cognoscunt Christum, potentes etiā eum contemplari secundum diuinitatem, secundum quam est ab initio & ante omnia. Adolescētes interpretatur fortis in spiritu, pugnantēsque contra propriam cōcupiscentiam & in tyrannorum persecutionibus stabiles, qui quasi medij sunt inter patres & pueros. His scribit Ioannes, quia fortis sunt & vincunt diabolum, viriliter aduersus eum certantes. Hæc autem fortitudo atque victoria hinc eis prouenit, quia verbum Dei, hoc est, Christus manet in eis, eos roborans, victorēsque constituebat: vel doctrina Dei quā sollicitè in memoria & affectu seruant, hæc eis fortitudinē & victoriā p̄st̄at.

Potest denique hic locus ad ætatem corporalem referri, ut sensus sit: Scribo vobis ætate parvulis, sollicitus vos hortor, & merito honoro, quia per Christum haberis remissionē peccatorum, & cognoscitis patrem Deum ex quo renati estis, eiisque pro modulo vestro adhæretis. Scribo vobis patres & senes ætate, quia nouissimis antiquum dierum Christum, qui est ab initio, & cum eo societatem habetis. Scribo vobis adolescentes, qui medij estis inter senes ac pueros, quia ut enim periculosa est actas vestra, & propter robur ad certamen idonea, ita spiritualiter

## C A P V T II.

36

taliter fortis estis, & carnis vestræ atque dia-boli vincitis tentamenta. Fortitudo autem & victoria vobis prouenit, quia verbum Dei manet in vobis. Observatio dignum est, quod scribat hic Ioannes nō tantum senibus & iuuenib⁹, verum etiam pueris iam ratione ut incipientibus: in quo non parum accusatur oscititia nostra, qui tam negligētes sumus in formanda pueritia, & doctrina fidei, p̄ijsque moribus instituenda: parum memores quod sensus & cogitatio hominis in malum prona sunt ab adolescentia; quodque stultitia colligata sit in corde pueri, quæ nisi diligent⁹ cultura & disciplina eradicetur, pessimos fructus sit prolatu-ra, quos amputare posterius nequeamus. Solēt enim quæ rudibus annis percepta sunt inhærrere altissimè, & in omnem usque vitam retineri, iuxta quod ait scriptura: Adolescentes iuxta Ibidem. viam suam, etiam cum senuerit, nō recederet ab ea. Et: Bonum est viro cum portauerit iugum Thren. 3. ab adolescentia sua. Contra quæ veritatis verba obganiunt quidam illud à Sathanā profectum falsissimum carmen:

*Angelicus iuuenis senibus satbanizat in annis. Non timentes illud Salvatoris: Qui scandalizauerit Matth. 18. ¶ Num de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collum eius. Hi sunt qui calumniantur eos qui puerulos ad Christum adducere conantur, timiles*

F 4.      Scribis

IN I. EPIST. IOANNIS.

- Luc.19. Scribis & Pharisæis, dolentibus quod pueri  
 Matth.21. Christo canerent, Osanna filio Dauid, quòd qz  
 Psalm.8. ex ore infantium & lactentium perficeret Christus laudem suam. Ex prædictis liquet conjunctionem, quoniam, ubi Ioánes ait: Scribo vobis quoniam remittitur, etc. causam significare, vt idem sit quòd, quia. Ex quo deinde claram est Ioámem non afferere mihi vel tibi, vel cuilibet eorum ad quos scribit, certò remitti peccata, vel iam esse remissa, sed hoc tantum quòd Christianis remittantur peccata, quantumvis imperfecti sunt, vel ætatis puerilis.

- Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Hec omnibus scribit, & pueris, & patribus, & adolescentibus. Mundum vocat homines mundanos, hoc est, visibilem hunc mūdum inhabitantes, & creaturas legi creatoris præponentes: quemadmodum cælum vocatur & superna Hierusalem, quorum cor ad creatorem est erectum, & cælestia bona terrenis præponunt. Diligi prohibetur hic mūdus inquantum mundus est siue impius: Nam quatenus sunt homines, diligendi sunt, & eruendi de mundo: sicut Christus elegit Apostolos de mundo, fecitque ut amplius de mundo non essent.

- Si quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo, id est, non diligit Deum Patrem: quia nemo potest servire duobus dominis seruire; nemo potest servire & mammonæ & Deo.

*Quoniam*

C A P V T II.

37

Quoniam omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vita, quæ non est ex Patre, sed ex mundo est. Paulò aliter legunt Græci, sic videlicet, quia omne quod est in mundo, nempe concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum, & superbia vita non est ex patre, sed ex mundo. Reddit igitur Ioannes rationem quare dilectio mundi & Dei simul esse non possint: quia videlicet quicquid habent mundi amatores, non est ex Deo patre, sed ei potius contrarium. Tria explicat Ioannes quibus vniuersa comprehendit qua habent impij quibus Deo aduersantur. Concupiscentiam carnis vocat inordinatum desiderium earum rerum quæ pertinent ad carnem, quibus natura sustentatur, cuiusmodi sunt cibus ac potus, & concubitus, quo humani generis species conservatur, & alia consimilia. Concupiscentiam oculorum appellat omnem curiositatem, quæ valde latè patet, vt in addiscendis curiosis ac nepharijs artibus; in vanis aut turpibus contundendis spectaculis, in conquirendis magnis opibus, in dinoscendis carpendisque proximorum vitijs. In summa, quicquid ex hominum imaginatione tanquam deleñabile aestimatur, quod natura sua tale non est, ad concupiscentiam pertinet oculorum. Sub concupiscentia igitur carnis comprehenditur omnis earum cupiditas, quæ suapte natura sensum delectant:

vii

**IN I. EPIST. IOANNIS**

vti suavis color visum, dulcis odor olfactum. Ad concupiscentiam verò oculorum pertinet cupiditas experiendi vana & curiosa, etiam ea que sēsum offendunt. Rectè autem dicta est oculorum concupiscentia, est enim scietiæ appetitus, iam oculi inter quinque sensus in cognitionis negotio primas obtinent partes.

Superbia est, qua quis inordinatè querit excellere, & ardua tentat, qua quis ambit honores, & magnus sibi viderur, siue ob diuitias, siue ob potentiam, siue ob ingenium & scientiam, siue etiam propter ipsam virtutem. Per hæc tria tètatus & vicitus est Adam. Per carnis quidem concupiscentiam, cum persuasit ei hostis ut de vetitæ arboris fructu comedederet. Per cōcupiscentiam autem oculorum, quādō sugges-  
tit, scietis bonū & malum, & aperientur oculi vestri. Per superbiam verò, quando dixit, Eritis sicut dij. Per eadem hęc innumeris modis tentatur posteritas. Adx quandiu in hoc mundo Lib. ro.ca. viuit: vti latè declarat August. in libris Con-  
28. vsque ad finem. fessionum. Ab ijsdem vitijs tentatus est & dominus Iesus, sed non item superatus. Per con-  
cupiscentiam carnis, cum preponeret ei Sathanas, Dic vt lapides isti panes fiant. Per concu-  
piscentiam oculorum, dum confuleret vt mit-  
teret se deorsum, experiendi causa, vtrū angeli essent ipsum excepturi. Per superbiam, cum promitteret ei Sathanas omnia orbis regna, cum

**C A P V T II.**

38

cum vniuersa eorū gloria, si cadens ipsum adoraret. Aduersus tria hæc mala proponit Chri-

stus in Euangelio tria item antidota; & contra

concupiscentiam quidem carnis, jejunium: con-

tra concupiscentiam autem oculorum, elemo-

synam, & misericordiam erga proximos: con-

tra superbiam verò huius vitæ, humilem ora-

tionem: Similiter Apostolus Paulus sobrietatem, iustitiam, & pietatem. Notandum verò

Ioannem hoc loco explicare non tam peccata

omnia, quam omnium peccatorum pessimas

radices, vt pulchritudine in Summa sua explicat D.

Thomas. Vbi etiam ait concupiscentiam oculorum rectè intelligi posse & curiositatē, quasi

diceretur concupiscentia visionis siue scientiæ:

& avaritiam, quasi diceretur cōcupiscentia re-

rum quæ oculis proponuntur. Porro mani-

festum est tria hæc dum nobis dominatur, eisq;

consensum præbemus, ex Deo non esse, quia

Deus peccati author non est. Sed dubitet for-

rasse quispia an concupiscentia baptizatorum,

cui nullo pacto consentiunt, eoque nec pecca-

tum est, ex patre sit, an ex mundo. Responder Lib. 4. cō-

ad hoc Augustinus etiam de tali cōcupiscentia tra Iulia.

dictum hoc Ioannis intelligi. Quæ est (inquit) ca. 13. & 14.

illa concupiscentia, quam Ioannes dicit à pa-

tre nō esse? Luxuria, inquis, ô Iuliane. Sed luxu-

riosi non erimus, nisi istam concupiscentiam

cui resistunt sancti, diligamus. Ab hac igitur

concu-

hunc locum Ioannis scribens : Non pugna vitiōrum (inquit) nobis ex Deo patre & conditōre naturaliter inserta , sed ex mundi huius amore, quem creatori prætulimus, nobis accidisse probatur . Fecit enim Deus homines reges, & ipsi se miscuerunt infinitis quæstiōibus, vt Salomon testatur. Vnde & Iacobus ait, Iacob i. nemo cū tētatur dicat, quia à Deo tētatur, etc. Hæc Beda. Ista igitur concupiscentia secundum Ioannem non est diligenda, sed odio habēda & persequenda etiam in iusto : quemadmodum docet Apostolus sanctos Christianos, Mortificare mēbra vestra, quæ sunt super terram. Fornicationē, etc. Et de seipso dicit: Quod odi malum, illud facio . Displacet enim Deo hæc concupiscentia, vt quæ non ex ipso , sed ex mundo est orta. Deo contraria est, vt quæ impedimentum nobis præstat, quo minus diuinæ legis bonum perficiamus. Incitat nos contra Spiritum sanctum, vt quæ abstrahit nos à bono & illicit, vti contra Dei præcepta agamus. Sicut testatur scriptura : Velle adiacet mihi, perficere autem Ibidem. bonum non inuenio; non enim quod volo bonum hoc ago, sed quod odi malum illud facio. Et iterum: Caro cōcupiscit aduersus spiritum, Galat. 5. & unusquisque tentatur à concupiscentia sua Iacobi i. abstractus & electus. Vnde recte August. Diligenda est, inquit, ipsa dilectio , qua diligitur Concio. 8. in illud Iat. 1. 8. quod diligi oportet : sicut odio habenda est dilectio,

I N I. E P I S T . I O A N N I S  
 concupiscentia carnis diligenda prohibemur, quando à luxuria prohibemur. Hæc quam diligere prohibemur non est à patre : duo enim bona quæ à patre sunt inter se pugnare non possunt: pugnant autem inter se continentia & concupiscentia : quid horum à patre sit manifestum est. Et iterum: Libido sentiendi est quæ nos ad sentiendum, siue consentientes mente, siue repugnantes, appetitu carnalis voluptatis impellit . Hæc est contraria dilectioni sapientie, hæc virtutibus inimica, hanc Ioannes Apostolus non esse dixit à patre , quæ concupiscentia aduersus spiritum, quam nemo potest bonam dicere, nisi cuius aduersus eam non amat concupiscere spiritus. Si hæc cōcupiscentia ex Deo esset, quicquid appetuerit dādum ei esset, tanquam illi quæ ex patre est. Si autem non esset quod ei detur, petendum esset à patre , non vt eam auferret vel comprimeret, sed vt expletret concupiscentiam quam donauit : quod sapere desipere est. Non igitur concupiscentia comparanda est vino vel pulchritudini mulieris, quæ ex Deo sunt, & aliud est cōsideratio pulchritudinis etiam corporalis siue visibilis, sicut est in coloribus & figuris, siue audibilis, sicut est in canticis atque modulis, quam considerationem nisi rationale animal, habere non potest: & aliud est commotio libidinis, quæ ratione frenanda est . Sic & Venerabilis Beda in hunc

uit anima lectio, qua diligitur quod diligi non oportet:  
mea desi- odio quippe habemus cōcupiscentiā nostram,  
derare, etc. qua caro cōcupiscit aduersus spiritum: & quid  
est ista concupiscentia, nisi mala dilectio? Et di-

ligimus concupiscentiam nostram, qua spiritus  
concupiscit aduersus carnē: ecquid est ista con-  
cupiscentia, nisi bona dilectio? Hęc August. Et

De ciuit. Dei lib. 12. cap. 28. iterum: Est amor quo amatur, & quod aman-  
dum non est: & illum amorem odit in se qui

illum diligit, quo amatur quòd amandum est.  
Possunt enim ambo esse in vno homine: &  
hoc bonum est homini, vt illo proficiente quo  
benè viuimus, iste deficiat quo malè viuimus,  
donec ad perfectum sanetur, & in bonū com-  
mutetur omne quo viuimus. Hic iam si quis  
quarat, an similiter dici posset, mortem & cæ-  
teras huius vitę miserias non esse ex Deo pa-  
tre, sed ex mundo. Respondendum est, Deum  
non instituisse mortē in humana natura, Deus

Sapien. 1. (inquit Sapiens) mortē non fecit: creauit enim  
hominem talem, qui posset nunquā mori: eam  
tamen in peccatum peccati Deus inflixit, iuxta

Ecclesi 11. illud Ecclesiastici: Bona & mala, vita & mors,  
pauperras & honestas à Deo sunt. & Moysis in

Deut. 32. persona Dei: Ego occidam & viuere faciam.  
At prava concupiscentia, qua nullum bonum,  
sed malum omne concupiscitur, Deum nō ha-  
bet authorem, quia iustitia est oppugnatio, &  
tentatio siue incitatio ad peccatum. Deus au-

tem,

tem, sicut ait Iacobus, neminem tentat. Quare Iacobus  
nullo vñquam casu eligenda est prava concu-  
piscentia, aut ei consentiendū, quemadmodum  
mortem aliquando optare & eligere licet. Qui  
enim consentit prava concupiscentiæ, diligit  
illud quòd per pravam concupiscentiam appe-  
titur, hoc est, peccatum: at mors malum est, iusti-  
tiam non oppugnans, sed illi seruiens: tametsi  
omnipotens Deus efficere norit, vt etiam con-  
cupiscentia iustitiae seruiat, dum per eam punit  
peccatum, quemadmodum peccatum peccato  
punitur. Imò etiam iusti, ipsam iustitiae oppug-  
nationem, per spiritum Dei cogunt seruire iu-  
stitiae. Ego, inquit August. dico, vti libidine non  
semper esse peccatum, quia malo benè vti non  
est peccatum: nec quæcumque res idè est bo-  
na, quia ea benè vtitur bonus. Nam & de duo-  
bus hominibus scriptum est: Filius eruditus sa-  
piens erit, imprudente autem ministro vtetur,  
nunquid idè bonum est esse imprudentem,  
quia benè illo vtitur sapiens? Inde & Apostolus  
Ioannes non ait, Nolite vti mundo, sed nolite  
diligere mundum. Vbi posuit & concupiscen-  
tiā carnis, Qui enim non diligēs vtitur, quasi  
non vrens vtitur: quia non eius rei causa vti-  
tur, sed alterius, quā diligens intuetur, vt etiam  
non diligens hac vtitur. Hęc August. Sanè si  
mors ex mundo esset sicut cōcupiscentia, etiam  
dominus Christus qui de se dicit, Ego de mun-  
do non

Lib. 5. cō-  
tra Iuliu.  
cap. 10.

Ioan. 14.

## IN I. EPIST. IOANNIS

do non sum, fuisset de mundo, & princeps mundi huius habuisset aliquid in eo. Fuit enim morti voluntariè subiectus, & posuit animam suam, sicut madauit ei pater. Absit autem ut ei pater mandauerit diligere aliquid eorum quæ in mundo sunt, quæ prohibuit diligere secedatoribus suis. Manifestum est quod ipsa concupiscentia non sit mors, quodque nec caro, aut oculi, aut cor superbum propriam mortem concupiscunt, quare ad mundum mors non pertinet. Nam scut ait Ioannes: Omne quod in mundo est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vita. Imò verò Methodius Martyr, & eum sequutus Epiphanius, Gregorius item Nazianzenus & Ireneus mortem esse docent à Deo inuentam, ne concupiscentia malum immortale in nobis esset. Mors igitur concupiscentiae in sanctis eversio est.

*Et mundus transit.* Addit Ioannes aliam rationem cur mundus non sit diligendus, nec eius concupiscentia. Estq; hic locus similis illi sententiae Petri: Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius tanquam flos. *Mundus transit,* hoc est, homines mali pereunt, quia in die iudicij tempus implendæ alicuius delectationis pravae ultra non erit: tunc non poterunt prava eorum desideria amplius impleri: & hoc est quod ait Ioannes, *concupiscentia eius,* qua videlicet concupiscit, *transit,* hoc est, perit. Et pulchre non ait

Ioan-

Ioan. 10.

In hæresi Origenis. In oratione de Pascha. Lib. 3. c. 35.

2. Petri 1.

## CAPUT II.

41

Ioannes transiuit, sed transit, quia quod in die iudicij in vniuersis impijs cōplebitur, secundum quod ait Ioannes in Apocalypsi omnium interitu Apoc. 18. sub typo Babylonis describens, id nunc quotidianie in cuiuslibet impij morte particulatim complebitur, iuxta illud Psal: Exibit spiritus eius & reuertetur in terram suam, in illa die peribunt omnes cogitationes eorum, quibus scilicet intenti erāt ad cōplenda huius mundi desideria.

*Qui autem facit voluntatem Dei,* id est, qui servat mandata Dei, ac eum supra temporalia diligit, hic non perit, sed maneat in eternum, quemadmodum æternus est ille quem diligit: quia videlicet sancta eius desideria quæ in hac vita habuit non frustrabuntur, sed omnia in perpetuum cōplebuntur. At nonne & sancti transiunt, & pereunt, & quæ vt impij? Utique etiam sancti per peccatum temporales & mortales facti sunt, sed spe per Christum immortales sunt. Pulchre in hunc locum August. Quid vis? inquit, utrum amare temporalia et transire cum tempore: an mundum non amare, et in eternum vivere? Rerum temporalium fluuius trahit, sed tanquam circa fluuium arbor nata est dominus noster Jesus Christus: assumptus carnem, resurrexit, ascedit cœlum. Voluit se quodammodo circa fluuium temporum plantare. Raperis in præcepta tene lignum. Voluit te amor mundi? tene Christum. Propter te factus est temporalis;

G. poralis;

## IN I. EPIST. IOANNIS

poralis, ut tu sis æternus. *Filioli nouissima hora est.* Tertiam adiicit rationem cur non debeamus diligere mūdum: quia videlicet nunc extremum tempus est, quo Christi ad iudicium imminet aduentus, quo abundant pseudoapostoli, et prauarum concupiscentiarum imitatores: quantò autē propinquior est aduentus domini, tantò diligentius vitare oportet concupiscérias mundi. Vnde Apostolus: Scíetes tempus, quia hora est iam nos de somno surgere.

Rom. 13.

Matth. 4.

Psal. 17.

Psal. 118.

Ibidem.

Nunc enim propior est nostra salus, quam cum credidimus. Et dominus ipse: Poenitentia agite, appropinquauit enim regnum cœlorum. Similiter quò magis abundant iniuitatis et prauitatis magistri, eò diligentius custodire, et cauere sibi debet seruus Dei, iuxta illud Psalmi: Saluum me fac domine, quoniam defecit sanctus, etc. Et rursus: Tempus faciendi domine, dissipauerunt legem tuam. Et iterum: Dilexi mādata tua super aurum et topazion, etc. Si illis temporibus rectè dicebatur instare aduentus domini, et abūdere iniuitas: id nūc sanè multò iustius dicere licebit, quod videlicet nouissima hora sit, quod exundarit iniuitas, ac malitia magistri, quodque extremum illud imminet Christi iudicium. Oecumenius nouissimum tēpus interpretatur tēpus pessimum: ut cum dicimus, hic ad extremum peruenit malorum. Rectè autem refutat eos Augustinus episto-

## CAPUT II.

42

epistola ad Hesichiu, qui non intelligentes, no- Epist. 3o.  
men horæ in scripturis pro tempore usurpari, putabant sex milia annorum constitueré quasi vnum diem, & quingéatos annos, duodecimam dieti partem, quasi vnam horam. Porro illud filio, blanditiis est, vel (vt August. annotat) alloquentis eos tanquam paruulos, quò solliciti sint, ut spiritualiter semper crescant, & ad virile robur proficiant, quandoquidem nouissima iam hora sit.

*Et sicut audisti quia Antichristus venit.* Dicturi erant fortasse aliqui, quomodo nouissima hora est, quomodo nouissimū tempus? Certè prius veniet Antichristus, ac deinde dies iudicij. Vidit Ioannes cogitationes istas, ne quasi securi fierent, & idè non esse horam nouissimā putarent, quod venturus esset Antichristus, ait ille: *et sicut audisti quia Antichristus venit, & nunc Antichristi multi facti sunt.*

*Vnde scimus*, id est, ex quibus Antichristis certò colligimus extremum iam agi tempus: Prædixit enim dominus in Euangelio quod ante Matth. 24. aduentum eius ad iudicium exurerent pseudochristi & pseudoprophetæ. Et Apostolus Paulus: Spiritus, inquit, manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorū. Similia habet secunda ad Timoth. epistola. Audierant autem primi Christiani, ven-

Cap. 3. &amp; 4.

G 2 ni, ven-

IN L. EPIST. JOANNIS

ni venturum ante extreūmū iudicium Anti-christum, dum prædicarum eis fuit illud Ioannis, Ego veni in nomine patris mei, & non accepistis me: si alius venerit in nomine suo, illū accipietis. Ac illud Matth. Multi venient in nomine meo, dicentes, Ego sum Christus : & surgēt pseudochristi & pseudoprophetæ. Item dum ex Ezechiele didicerunt, vēturum in nouissimis diebus Gog cum populo suo Magog: & ex Zacharia, pastorem stultum qui gregem dissiparet, ac idōlū esset. Ioannes ergo quod audierant Christiani de venturo Antichristo, compleri iam ait in multis Antichristis, qui tūc erant exorti. Sic D. Hieronymus illa Ezechielem: Iis verba de Gog, tanquam de vna persona loquēris, interpretatur de omnibus hæresiarchis: eamq; explanationē ecclesiasticam esse dicit.

De vno autem speciali Antichristo, qui per antonomasiā Antichristus nuncupetur, nihil hoc loco expressè dicitur, neque tamen venturus negatur. Imò vero Beda & Oecumenius multos antichristos, de quib; ait Ioannes illustris illius Antichristi volunt esse præcursorres: Eum autem nō improbabiliter multi Mahometum seu Turcarum principem esse existimant: vt is apud Ezechielem Cog esse intelligatur, populus autem eius Magog. Quantquam etiam à suo principe totus ipse populus Gog dici potest, quemadmodum à Jacob Patriar-

C A P V T . II .

43

triarcha Israël nūcupato, vniuersus ab eo exortus populus Israhel appellatus est. Cæterum Antichristi nomen quisquam in tota scriptura, excepta hac & sequenti epistola, legisse nō me, mini, idēque significat quod Christo contrarius. Vocat autem hoc nomine Ioannes non omnes falsa docentes (neque enim gériles philosophi antichristi appellantur) sed illos tantū, qui sub nomine Christiano falsa de Christo docent, vt recte in hunc locum annotat Didymus: & satis liquet ex ijs qua in hac epistola cōsequuntur. Porro multantichristi, qui tempore Ioannis exurrexerant, sūere pseudoapostoli illi qui contra Paulum docebant non per Christi gratiam, sed per legem, homines iustificari: qui docebant resurrectionē factam, quales erant Simon Magus, Cerinthus, Nicolaus diaconus, Ebion, multique similes.

*Ex nobis prodierūt, ex nobis Christianis egredi sunt, erant enim antea Christiani. Vt enim Lucas testatur baptizatus fuit à Philippo Simon* *Astor. 8.*  
Magus: & Nicolaus (à quo Nicolaitæ) fuit ab Apostolis in diaconū electus. Hymenæus item Alexáder, & Philetus, vt ex Paulo liquet, ante Christiani fuerunt. Id quod de Cerinthe etiam docet Epiphanius. Sed qui sit vt magi illi atq; hæretici Christianos se esse simularint, & sub Christi nomine falsa sua dogmata tradiderint? *Vt hinc videlicet intelligeremus, quantum sit* *Aug.lib. 1.*

*Astor. 6.*  
*2. Tim. 2.*

G 3 illud

## IN I. EPIS. IOANNIS

de cōsen. illud nomen, quo addito etiam illi qui contra  
euān.c.14 eius p̄cepta viuunt, suas nepharias artes ho-  
norare conantur. Sic enim diuersis hominum  
erroribus multi etiam varias hæreses aduersus  
veritatem sub eius nomine condiderunt. Ita  
sentient etiam inimici Christi, ad suadendum  
quod proferunt cōtra doctrinam Christi, nul-  
lum sibi esse pondus authoritatis, si non habeat  
nōmen Christi. Quomodo verò per hæresim  
exeat quis Ecclesiam Christianorum, declara-  
tum est circa tertiam symboli partem.

**Cap.54. & 55.** Sed non erant ex nobis. Plangēdūm videbatur  
cum audiremus, ex nobis prodierunt: sed mox cō-  
fusatō subinfertur, cum subditur, sed non erant  
ex nobis. Dupliciter autem hoc exponi potest.  
Prīmō, vt dicantur nō fuisse de numero Chri-  
stianorum, quia cum Christi sacramenta vna  
cum Christianis acciperet, boni non erant, sed  
mali: sic existentes in corpore Christi viuo, quo-  
modo humores mali sunt in corpore, qui non  
vivunt, sed grāuant corpus: quando euomun-  
tur, tunc releuatur corpus; sic & mali quando  
exeunt, tunc Ecclesia releuatur. Sic August. in  
hunc locum scribēs. Verum contuenientiorem  
& dictis Apostoli cōgruentiorem habet com-  
mētarium lib. de correp. & gra. ca. 9. & lib. 2. de  
bono perse. ca. 8. Sunt (inquit) quidam filii Dei,  
qui nondū sunt nobis & sunt iam Deo, de qui-  
bus ait Ioannes Euangelista: quia Iesus mori-  
turus

Ioan. II.

## C A P V T II.

44  
turus erat pro gente, nec rātum pro gente, sed  
etiam vt filios Dei dispersos congregaret in  
vnum: quod vtique credendo futuri erant per  
euangelij prædicationem: & tamen antequam  
esset factum, iam filii Dei erant, in memoriali  
patris sui inconcussa stabilitate conscripti. Et  
sunt rursus quidā, qui filii Dei propter suscep-  
tam vel temporaliter gratiam, dicuntur à no-  
bis, nec sunt tamen Dei: de quibus ait idēm Io-  
annes: Ex nobis exierunt, sed nō erant ex no-  
bis: quod si essent ex nobis, permanissent vtiq;  
nobiscum. Non ait, ex nobis exierunt, sed quia  
non manserunt nobiscum, jam nō sunt ex no-  
bis: verū ait, ex nobis exierunt, sed nō erant  
ex nobis: hoc est, & quando videbantur in no-  
bis, non erant ex nobis, non erant filii, etiam  
quando erant in professione & nomine filio-  
rum: non quia iustitiam simulauerunt, sed quia  
in ea non permanerunt. Neque enim ait, Nam  
si fuissent ex nobis, verā nō fīctam iustitiam  
tentissent vtique nobiscum: sed si fuissent (in-  
quit) ex nobis, permāsissent vtique nobiscum:  
In bono illos volebat proculdubio permane-  
re. Erant itaque in bono, sed quia in eo nō per-  
manserunt, non usque in finem perseuerauer-  
runt. Non erant ex numero filiorum, & quan-  
do erant in fide filiorum. Quoniam qui verē  
filii sunt, prædestinati & electi sunt, vt non  
pereant. Sed obijcias: Quidam antichristi  
t. Ioan. 2.

G 4. exeun-

## IN I. EPIST. JOANNIS

exéentes Ecclesiam, redemit interdum ad veram pénitentiam, moriunturque in fide & pace catholica : ex quo clarè conuincuntur esse de numero prædestinatorum, quoniā & Apostolus dicit: Si fuissent ex prædestinatis, permássissent in Ecclesia. Respondendum est, eos qui ad tempus tantum ab Ecclesia recedunt, & postea per veram pénitentiam redeunt, secundum Ioannis Apostoli locutionem adhuc in Ecclesia permanere : qua etiam in Euangelio suo filios Dei vocat illos, qui tūc temporis adhuc erant idololatriæ, sed per gratiā Dei postea iustificandi & glorificandi. Si deinde queras, qui sciebat Apostolus Ioannes de sui temporis antichristis, quod non essent prædestinati, cum nesciret an essent per gratiam Christi ad unitatem Ecclesie reuerfuri ? Facilis est responsio. Quemadmodum enim seipsum Ioannes non certò, sed pia spe atque fiducia in numerum refert electorum: ut & Apostolus Paulus ad Rom. scribens : Certus sum, inquit, quod nulla creatura poterit nos prædestinatos (de quoru numero me esse confido) separare à charitate Dei: ita Ioannes hæresiarchas probabiliter computat inter damnados in æternum: propterea quod rarissimè ad Ecclesie reuertantur unitatem. Et sanè inter omnia reprobationis signa, quæ de viuentibus haberi possunt, nullum maius, quam quod hæresim cōdant. Vnde subiicit

Ioan.

2. Ioan. 2.

Joan. II.

Rom. 8.

## C A P V T . II.

45

Ioannes. Sed vt manifesti sint, quoniam non sunt omnes ex nobis, hoc est, Ideo Ecclesiæ nostræ exēunt Antichristi, vt intelligamus, non omnes qui iuxta Christianam religionem rectè vivere incipiunt, esse à Deo electos & prædestinatos. Id autem propterea nobis manifestatur, vt ne alta sapiamus, sed metuamus etiam omnes benè currentes, ne forte nec ipsi perseueremus, & ad electorum numerum non pertineamus. Similis locutus est apud Matthæum, vbi dominus dicit, Electos non posse seduci. Et in epist. ad Corinthios : Oportet ait Paulus, hæreses esse, vt qui probati (hoc est, electi) sunt, manifesti fiant 1. Cor. II. in vobis. Sic ad Timotheum, cum de hereticis 2. Tim. 2. loqueretur, suos veluti consolans; sed firmum, inquit, fundamentum stat : cognovit dominus qui sunt sui, quasi diceret : etsi hæretici isti aliquo tempore fuerint Christiani, non erant tamen ex his quos dominus tanquam suos stabiliter agnoscit. Etenim semper ferè in hæresiarchis completur, quod de eis sub nomine Hiezabelis ait Ioannes in Apocalypsi : Hiesabel (inquit) quæ se dicit prophetā, docet, & seducit seruos meos, fornicari, & manducare de idolothryis. Et dedi illi tempus vt pénitentiam ageret, & nō vult pénitere à fornicatione sua. Nam præ alijs peccatoribus rarer ad modum redeunt hæretici ad veram pénitentiam, quia videlicet fundamentum, hoc est, veram fidem reli-

Apocal. 2.

IN I. EPIST. IOANNIS

reliquerunt: at longè rarius veram agunt pœnitentiam hæreticorum antesignani. Et tamen ne vel de talibus desperemus, sed pro eis domino preces offeramus, habemus insigne conversionis exemplum in hæresiarcha Berengario, qui primus docuit in Eucharistia non esse verum Christi corpus. Ob quem errorem cum primum hæreticus damnatus esset, eoque ter abiurato, semel iterumque relapsus esset, tandem cum graui morbo oppressus migrandum sibi ex hac vita sentiret, sinceræ pœnitentiæ signa præ se ferens, multis cum suspirijs hæc eum verba protulisse narrat Ioannes Gerson. Deus meus hodie mihi apparebis (alludens videlicet ad festum quod tunc erat Epiphaniæ) ad meam salvationem, ut spero, propter pœnitentiæ meam: aut ad duram meam damnationem, sicut timeo, propter eos quos peruersa doctrinæ decepi, quos nequiu[m] reducere ad veram viam tui Sacramenti. Illustre haud dubiè exemplum, sed cuiusmodi in alio nullo hæresiarcha legere

Parte 4. in  
trac. cōtra  
Romātiū  
de Rosa.

Li. 6. c. 24

memini. Refert quidem Eusebius Beryllum quendam Arabum episcopum, qui docuerat Christum ante incarnationem non fuisse, tandem ad veram fidem sanamque doctrinam rediisse, cum penè in talibus causis inauditum sit ita errorem ab ecclesia depelli, ut emendetur non perdatur author erroris. Sed videtur hic Beryllus discipulus potius Arthemonis cuiusdam

C A P V T II.

46

dam quam author erroris fuisse. Qua de re vide Eusebium lib. 5. cap. 28.

*Sed vos vunctionē habetis à sancto, &c.* Addit hoc, ne solus sibi horum cognitionem arrogare videretur, & per hoc aduersus fideles insolescere. *Sed vos, quibus hæc scribo, habetis vunctionem à sancto,* Christo videlicet, qui per Antonomasiā sanctus dicitur: quem Daniel sanctum sancto- Daniel 9. rū vocat, qui præ omnibus vinctus est. *Et nostis omnia,* quæ ad Christianam pertinent doctrinam: *nostis, inquam omnia,* per illam vñctio- 1. Joan. 2. nem, ipsa enim docet omne veritatem. Ideoq; non scripsi vobis quasi ignorantibus veritatem, tanquam doctrinæ Christianæ imperitis, vel gentilibus, & scientibus. *Sed quasi scientibus eam, quoniam,* seu quod, omne mendacium ex veritate non est, id est, quodd falsa quælibet doctrina ex Christo non sit, sed ei contraria, & ad antichristos pertinens. Cur igitur sancte Apostole hæc scribis, si ea nosti nos non ignorare? Ut videlicet permaneatis in eo quod nostis, ut teneatis quod habetis, & vñctio (ut infra dicit) maneat in vobis. Rectè autem cum de hæreticis loquereatur repente ad auditores suos conuersus dicit eos vunctionem habere à sancto: ut eis ex aduerso ostendat, hæreticos & antichristos omnes spiritualis gratiæ expertes esse, nec ad dominum pertinere qui sanctus à Prophetis vocari consuevit: quin potius inter ministros esse Sathanę qui

IN I. EPIST. IOANNIS

qui sanctitatis nihil habent, & perditionis locum obtinent. Vnde rectius interpres noster, seruata voce Græca, transtulisset (sed vos christma habetis à sancto) sic enim promptius ad uerteremus ad allusionem quam facit Ioannes, distinguens inter antichristos & catholicos Christianos: illos dicit esse antichristos & aduersarios sancti sanctorum, qui præ omnibus chrismate vñctus est, eoque penitus obrenobratos & excæcatos: hos autem summi illius Christi participes, & habentes ab eo christma per quod omnia norint. Porro christma istud, siue vnguentum, vñctio, aut oleum est ipse Spiritus sanctus, cuius in renatorum confirmatione, & hinc emigrantium vñctione, sacrum signum est visibile oleum. Sic Propheta Esaias Spiritum sanctum docet esse vñctionem, dum Christum ita loquentem inducit: Spiritus domini super me, eo quod vñxerit me, etc. Multe autem sunt rationes cur Spiritus sanctus christi siue vnguento comparetur. Nam in primis quidem oleum siue vnguentum lætitiae: vnde Christus iubet ieiunantes caput vñgere, ne videlicet se tristes exhibeant. Similiter & Spiritus sanctus solido veroq; gaudio mortaliuum corda lætitiae & consolatur. Vnde & paracletus vocatur, & oleum lætitiae: & Paulus fructum spiritus docet esse gaudium. Ad hęc oleum lassos reficit, & stuatēq; refrigerat: vnde Magda-

Ioan. 14.  
15.16.  
Psal. 44.  
Galat. 5.

C A P V T II. 47

Magdalena super caput Iesu effudit vnguentum. Sic & Spiritus sanctus Sathanæ ac mundi persecutionibus fatigatos, & ad pacem ac internam quietem anhelantes refocillat atq; confortat. Vulneratis quoque oleum medetur: propter quod & in fauicij illius vulnera ab euangelico Samaritano infunditur. Nec minus Spiritus sanctus animarum nostrarum sanat languores. Prætereat, quoniam Spiritus sanctus quos inhabitat facit tum sacerdotes Dei diligenter ipsum inuocantes, eiisque gratias agentes; tum veros reges, debellatores immundorum spirituum, & cæteros ad salutem trahentes: rectè etiam hinc christma dicitur. In cuius rei signum vngebantur in veteri testamento & reges & sacerdotes, ac Christi vocabantur. Verum hoc loco ideò potissimum Spiritus sanctus christma seu vñctio dicitur, quia hominū & 16 etc. mentes illuminat, ac per eos, alios deinde illustrat. Ad quod significandum vngebantur in veteri testamento etiam Prophetæ, partim ut ipsi illustrarentur, partim ut alios Dei legem docerent. Vnde dominus ad Heliam: Vnges, 1 Reg. 19. inquit, Helizæum prophetam prote. Et Salvator de seipso: Spiritus domini vñxit me, ad Luc. 4. euangelizandum pauperibus misit me, sanare contritos corde, etc. In argumentum autem illustrationis Spiritus sancti, iussit Dominus Moysi, ut collocaret in tabernaculo candelabrum

brum aureum cum septem lucernis, in quibus  
à vespero usque ad mane ardebat iugiter pu-  
rissimum oleum. Qua de re consule Cyrilum  
Lib. 3. in Ioan. ca. x in Ioannem, qui inter cætera sic ait: Oleum ab  
omni sece remotum atque mundissimum, Spi-  
ritus sancti naturam significare mihi videtur.  
Quæ ineffabiliter, quasi oleum, in animas in-  
gressa nostras nutrit, cōseruat, auget (tanquam  
oleum in lucerna positum) illuminationē no-  
bis concessam. Ioannes quoque in Apocalypsi  
septem lampades ardentes ante thronum in-  
terpretatur septē esse spiritus Dei, id est, Spir-  
itum sanctum septiformē munere. Sed quo-  
modo Christiani isti ad quos Ioannes scribit,  
omnia per Spiritum sanctum norant? an inter  
eos nemo alterum docebat? Respondendū est,  
quod quamdiu hic vivitur, debeat aliqui Chri-  
stianam doctrinam candidè & sine inuidia do-  
cere: alij autem eam humiliter ab illis discere,  
quemadmodum ex apertis scripturis clarissi-  
mè docet D. August. in Proœmio librorum de  
doctrina Christiana, & lib. de spiri. & lit. ca. 24.  
Idè autem dicuntur Christiani omnia nosse  
per Spiritum sanctum, quia ex gratia sit Spir-  
itus sancti, ut inter Christianos quidam sint, qui  
alios doceant: rursus, ut alij per hos doctores  
discant atque proficiant. Vnde ait dominus in  
Matth. 5. Euangeliō, ex lucerna videre non solum eum  
qui lucernam accendit & ponit super cande-  
labrum,

labrum, sed & omnes qui in domo sunt: vt re-  
cte eis dicere liceat, vos lucernam habetis, &  
per eam quæ vidēda sunt, conspicitis. Et Apo-  
stolus: Ipse, inquit, dedit quosdam Pastores & Ephes. 4.  
Doctores, ut iam nō simus parvuli, & circum-  
feramur omni vento doctrinæ. Et iterum: Alij 1. Cor. 12.  
per spiritum datur sermo sapientiæ, alij sermo  
scientiæ secundum eundem spiritum. Si amas Tract. 32.  
(inquit August.) unitatem, etiā tibi habet quis-  
quis in illa habet aliquid. Tolle inuidiam & tuum  
est quod habeo: tollam inuidiam, & meum est  
quod habes: liuor separat, sanitas iungit. Ocu-  
lus solus videt in corpore; sed nunquid sibi soli  
oculus videt? Et manui videt, & pedi videt, &  
cæteris membris videt. Non enim si aliquis iectus  
in pedem veniat, avertit se oculus inde, vt non  
præcaueat. Similis huic Ioannis loco est ille ad  
Romanos: Certus sum, inquit Apostolus, fra-  
tres mei, & ego ipse de vobis, quoniam & ipsi  
pleni estis dilectione, repleti omni scientia, ita  
vt possitis alterutrum monere. Et ad Corinth.  
In omnibus diuites facti estis per Christum, in 1. Cor. 1.  
omni verbo, & in omni sciētia; ita vt nihil vo-  
bis desit in illa gratia. Illud autem, scire verita-  
tem. & scire quoniam omne mendacium ex veritate  
non est. idem valet, & eiusdem rei est repetitio,  
sicut infra, Verum est, & non est mendacium, vel si  
aliqua sit inter duo illa superiora differentia,  
tum scire veritatem ad omnes pertinebit fideles:  
scire

scire autē de quolibet falso dogmate quōd veritati contrarium sit , eorum tantum erit qui sermonem habent scientiæ , & fidei doctrinam tueri possunt . Sunt enim multi fideles , qui demonstrare nesciunt quomodo hæreticorum dogmata fidei aduersentur ; credunt quidem recte , sed quod credunt defendere nequeunt , sicut latè ostendimus in illud Petri : Parati semper ad satisfactionem omni poscenti , etc.

1. Petri. 3.

Agit autem propriè Ioannes de mendacio seu falsitate in doctrina religionis , quod per anthonomasiam mendaciū dicitur , cuius comparatione alia mendacia exigua & nulla esse videntur , de quo eriam subiicit Ioannes .

Lib. 3. c. 18

*Quis est mendax ?* scilicet in tradenda religio-  
nis doctrina . *Nisi is qui negat quoniam Iesu est Christus .* Quidam libri sic habent : *Quoniam Iesu non est Christus , atque ita legunt Irenæus & Venerab. Beda .* Idem est autem vtriusque lectio-  
nis sensus . Quis est , inquit , mendax , nisi is qui negat quod Iesu est Christus , vel nisi is qui negat Iesum , scilicet affirmando & docendo , quod Iesu nō est Christus . Negant autem Iesum esse Christum in primis perfidi omnes Iudei : sed de his non agit propriè Ioannes ; de il-  
lis tantum sollicitus , qui sub nomine Christiano docebant Iesum Mariæ filium non esse Chri-  
stum , quales fuere Cerinthus & Ebion : vt in Proœmio ostendimus . Hi valde conuenienter  
anti-

antichristi appellátur , quia vñctioni qua Iesu præ omnibus vñctus est , directè aduersantur , dicentes Iesum nō esse vñctū illum , siue Christum . Vnde subdit Ioannes : *Hic est antichristus , hic scilicet , qui negat quod Iesu est Christus . Qui negat Patrem & Filium .* Docebat Cerinthus Christum in specie columba venisse in Iesum , & reuelasse ei quandam ignotum patrem . De quo ignoto patre etiam Carpocratiani pluri-  
ma fabulabantur . Dicit ergo Ioannes , frustra sibi de Patre blandiri qui Iesum negant Christum esse , quandoquidem vtrunque & Patrem & Filium negent , qui filium negant , docentes Iesum qui verus est Dei Patris filius , Christum non esse . *Omnis qui negat filium , nec patrem habet , id est , non tenet fidem Deum patrem . Qui confite- tur filium , & patrem habet .* s. fide . Similis locus est in Euange. Ioannis : *Vocé patris mei nunquam audistis , neq; speciem eius vidistis , & verbum eius non habetis in vobis manens : quia quem misit ille , huic vos nō creditis .* Et iterum : *Neq; Ioan 8. me scitis , neque patrem meum : si me sciretis , forsitan & patrem meum sciretis .* Et infra : *Est Ibidem pater meus qui glorificat me , quem vos dicitis quia Deus noster est , & non cognouistis eum . Ego autem noui eum , & si dixerim quia nō scio eum , ero similis vobis mendax .* Paulò aliter Oecumenius huc locum interpretatur . Refert enim illud ( hic est antichristus qui negat patrem

H &amp; fi-

## IN I. EPIST. IOANNIS

& filium) ad hæreticos diuersos ab illis, de quibus Ioannes dixit: *Quis est mendax, nisi is qui negat, etc.* Ad eos videlicet qui alium faciunt patrem Christi, alium summum parrē: quales fuere Basilius & Valentinianus: sed magis placet prior expositio, ut de ijsdem utroque hæreticis Ioannes loquatur. Atque cum hac nostra interpretatione consentit & Ireneus lib. 3. c. 15.

Cæterum non sentit hoc loco Ioannes alios nullos eo tempore falsos fuisse doctores quam qui docebant Iesum non esse Christum. Erant enim & tunc variæ hæreses: Quidam docebant hominem iustificari per legem: erant qui futuram negarent resurrectionem, etc. Sed sensus Ioannis est: Eos qui docebant Iesum non esse Christum, docere mendacium circa præcipuam Christianæ doctrinæ partem. Scriptura phrasis est, ut minora maiorum comparatione dicat non esse. Sic illud: *Misericordiam volui & non sacrificium, id est, potius quam sacrificium.*

*Vos quod audistis ab initio, &c.* Illam, inquit, fidem, illa dogmata firmiter, perseueranterq; tenetote, quæ à primis Ecclesiæ nascentis temporibus Apostolorum voce percepisti, & nouis istis doctoribus aurem ne præbueritis. *Quia si in vobis permanerit quod audistis ab initio, id est, si fidem illam primam retinueritis: & vos in filio & patre manebitis, id est, in Dei filij & patris amicitia & societate.* Sub quibus intellige & Spiritum

Rom. 4.  
Oscar 6.

## C A P V T II.

50

ritum sanctum. Filiū autem idē nominauit, quia nullius diuinæ celstitudinis gloriam videbit, nisi qui per humanitatis quam filius suscepit, sacramenta renatus fuerit: aut certè aduersus futuros olim Arrianos, ne videlicet diceant, propterea minorē esse filium patre, quia nunquam ante patrem nominatus inueniatur.

*Et hoc est reprimissio quam ipse pollicitus est nobis, vitam æternam, hoc est, Merces quam nobis pollicitus est, si in eo permanserimus, est vita æterna.* Est autem in verbis Ioannis Hebraismus: solent enim Hebrei ita interdū dictiones connecctere, tanquam priorum obliti forent: ut ibi, Sicut locutus est ad patres nostros, Abrahā & Lucæ: semini eius. Respondet ergo Ioannes velut tacitæ ipsorum quæstioni quæ dicere poterant: Ecce, quod ab initio audiui custodio, obtempero: pericula, labores, tentationes pro ista permanescere sustineo: quo tandem fructus quæ mercede? quid mihi postea dabitur? Hac est, inquit, permanentibus promissa merces, scilicet vita æterna. Memoria promissæ mercedis perseuerantem te faciet in opere.

*Hac scripsi vobis, id est, quæ dixi hactenus ab illo loco (filioli nouissima hora est) de his scripsi qui seducunt vos, id est, de falsis doctoribus qui vos decipere conantur, & à vera religionis doctrina auocare.*

*Et vos unctionem quam accepistis ab eo, maneat*  
*E 2 in yo-*

*IN I. EPIST. IOANNIS*

*in vobis, curate ut Spiritus sanctus, quem admodum dono Christi facere coepit, ita vos semper illustrare perget. Manet autem nobiscum Spiritus sancti lumen, veraque doctrina, ut a falsis doctoribus periculum nobis non sit, si Dei precepta solicite seruemus, si studiosè morum disciplinam custodiamus, si pro doctoribus seruenter dominum deprecemur; iuxta quod ait Psal.*

*Psal. 118.*

*Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua. Omnia mandata tua veritas, iniqui persecuti sunt me, adiuua me. Paulominus consumauerunt me in terra, ego autem non dereliqui mandata tua. Et Esaias: Quem docebit dominus scientiam, & quem intelligere faciet auditum? Ablactatos a lacte, auulso ab yberibus.*

*Esa. 28.*

*Et iterum: Cum effuderis esuriendi animam tuam, & animam afflictam repleueris, orietur in tenebris lux tua, & tenebrae tuae erunt sicut meridies. Et Ezechiel: Homo de domo Israël qui posuerit immundicias suas in corde suo, & scandalum iniquitatis sua statuerit contra faciem suam, & venerit ad prophetam interrogans per eum me, ego dominus respondebo ei,*

*Esa. 58.*

*in multitudine immundiarum suarum ut capiatur domus Israël iuxta iniquitatem interrogantis, sic iniquitas prophetæ erit. Et aperte-*

*Ezech. 14.*

*tissime Paulus: Quia charitatem veritatis non receperunt, ut salvi fierent: ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio.*

*Et non*

*C A P V T II.*

*51*

*Et non necesse habetis ut aliquis doceat vos. Non haec scribo vobis, quasi veritatem vos putem ignorare; aut non esse inter vos qui docere eam possint: aut quasi essetis ab hereticis seducti. Noui enim datos vobis a Spiritu sancto doctores, a quibus non haereticam, sed sinceram & orthodoxam religionis doctrinam edoceamini. Sed hoc tam ago, ut in Christo maneat, & ea dogmata quibus iam imbuti estis, constanter retineatis. Similis locus est in epistola Petri: Breuiter scripsi vobis, obsecrans & contemnans hanc esse veram gratiam Dei, in qua & statis. Et ad Colossenses: Cognovistis gratiam Dei in veritate, sicut didicistis ab Epaphrotho charissimo conseruo nostro. Porrò aliter doctrina indiget vel imperitus cui deest doctor, vel ad falsam doctrinam seductus; aliter qui veritatem iam nouit, & doctorem ad manum habet. Illi enim ad hoc doctore opus habent ut illustrentur: hic in hoc tantum, ut vera in eo doctrina cōseruetur. De priore necessitate agit Ioannes, non de secunda: adhuc enim indigebat eius discipuli exhortationibus, ut in sancta doctrina permaneret. De eadem illa prima necessitate vel indigentia agit Apostolus, & ad Thessal. vbi ait: De charitate fraternitatis non necesse habuimus scribere vobis. Ipsi enim vos a Deo didicistis, ut diligatis inuicem, etenim illud facitis in omnes fratres in vniuersa Ma-*

*1. Thes. 4.*

*H 3 cedonia.*

IN I. EPIST. IOANNIS

Ibidem ca. 5 cedonia. Et rursus: De temporibus & momen-  
tis non indigetis ut scribamus vobis, ipsi enim  
diligenter scitis, quia dies domini sicut sur in  
nocte, ita veniet.

Et verum est, & non est mendacium. Pro illo, le-  
git August. Et verax est, & non est mendax, ut sit  
sensus: Vnctio siue Spiritus sanctus in omni-  
bus que vos docet verax est, & nihil falsi singit.

Et nunc filoli manete in eo, id est, in Christo vi-  
delicet. ut cum apparuerit in die iudicij habeamus  
fiduciam, id est, magna cum animi constantia in-  
trepidi coram iudice Christo adstemus: vel ut  
nunc confidere liceat, & spe magna expectare  
quod in die iudicij saluandi sumus. Et non con-  
fundamur ab eo in aduentum eius, id est, cum vene-  
rit ad iudicium. Sed unde tanta concipitur fi-  
ducia? Ex eo nimis quod manemus in Chri-  
sto. Pulchre in hunc locum Oecumenius. Quid  
(ait) clarius, aut desiderabilius fiducia, qua ex-  
hibituri sumus Christo nostros in vita peractos  
labores, facientes hoc cum fiducia, & in nullo  
pudorem sustinentes in aduentu eius. Et quo-  
nam verisimile erat quosdam interrogaturos,  
quibus operibus grati Christo fieri possent, do-  
cet etiam hoc, & ait.

Si scitis quoniam iustus est, scitote quoniam & om-  
nis qui facit iustitiam, ex ipso natus est, id est, quia  
scitis quod iustus sit Christus, hinc consequen-  
ter tenetore, quod quicunq; iuste operatur &

vici

C A P V T II.

52

viuit, Christi sit filius, eisque particeps: sed que  
per operationem iustitiae fiduciam habet in  
Christo, tanquam filius in patre. Loquitur au-  
tem Ioannes non de prima nostra nativitate,  
qua nascimur in iniquitate alieni à Deo, sed de  
regeneratione ac secunda nativitate: docetque  
omne iustitiae operationem, siue opus bonum  
oriri non ex viribus nostris, quas ex prima ge-  
neratione habemus, sed ex Christo nostra re-  
generationis authore. Sed huic Ioannis di-  
cto aduersari videtur, quod ex scripturis sacris  
ad Simplicianum docet August. tantam vide-  
licet esse in quibusdam fidei gratiam, quanti  
non sufficit ad obtainendum regnum celorum,  
sicut in catechumenis, &c in ipso Cornelio, an-  
tequam sacramentorum participatione incor-  
poraretur Ecclesia: dicuntque fieri inchoationes  
quasdam fidei, conceptionibus similes; non ta-  
men solum cōcipi, sed etiam nasci opus esse, ut  
ad vitam perueniat eternam. Et alibi: Quan-  
tumcunque (inquit) catechumenus proficiat, in Ioan.  
adhuc sarcinam iniquitatis suę portat: non illi  
dimittitur, nisi cum venerit ad baptismū: Quo-  
modo non caruit populus Istaël populo Ägy-  
ptiorum, nisi cum venisset ad mare rubrum: sic  
pressuris peccatorum nemo caret, nisi cum ad  
fontē baptismi veniat. Ad hanc respondendum  
est, Ioānem Apostolum scribere fidelibus iam  
per baptismum renatis, quos ait esse filios Del.

Quæst 2.

A&t. 10.

Tract. 13.

Exod. 14.

H 4 si recte

### IN I. EPIST. IOANNIS

si recte viuant: si minus, secundam ex Deo natuitatem non habere, etiam si eius percepient sacramentum. Potest interim & sic intelligi Ioannis sententia, ut quicunque iustitiam operatur ex deo natus esse dicatur, quatenus recte agit, & iustitiam operatur: tametsi ex altera parte nondum ex Deo natus sit, nondum videlicet accepta præteriorum peccatorum remissione.

### IN CAPVT III.

**V**ide te qualem charitatem dedit nobis Pater. Extollit Ioánes gratiá Dei, ex qua aternæ salutis fiduciā habemus: tacitè notás Ebionitas, qui per legem docebát hominem iustificari. Cum, inquit, iusta operatio per quā fiducia nobis est in aduentu Christi, non habeatur ex prima natuitate, sed tantum ex Deo regeneratore, expendite quæso, & diligentius cōsiderate quantum nos Deus pater dilexerit, & quantum nobis donum ex dilectione præstiterit, quando iustitiam nobis dedit & bonam vitam, fecitq; nos per eam filios suos, ut filij Dei nominemur & simus. Illud (& simus) Græca non habent: legit tamen Augustinus, annotans multos nominari filios Dei, qui tamē non sint. Iuxta Græcam lectionem, idē nos fortasse Ioannes nominari ait filios Dei, quod iusti figuratē tantum & impropriè

### C A P V T III.

53

propriè appelletur filij Dei, adoptiui videlicet. Vnicus est enim propriè filius Dei, vel certè Hebraismus erit, ut sit sensus: Dedit nobis pater ut simus filij, & hoc nobis à Deo datum agnoscamus. Sic apud Lucam: Filius altissimi vocabitur, id est, erit filius altissimi, & hoc omnes agnoscunt. Eò fortè respexit Oecumenius in Commentarijs, dicens donatum nobis, ut esse- mus filij Dei, & vocaremur.

*Propter hoc mundus non nouit nos, quia filij Dei sumus.* Non diligunt nos impij, sed oderunt, quia odio habent & patrem nostrum, qui nos sibi in filios adoptauit, suique similes facit. Erat hoc eo tempore quo hæc Ioánes scribebat, clarum admodum & illustre, cum nondum tanta esset pseudochristianorum multitudo, quantâ nunc inundassè videmus, quos quia de mundo sunt, dum mūdus diligit, singit se veros Christianos diligere, quos tamen persequitur. Ad hæc illo tempore non tantum occultis sibilis velut draco Christianos insectabatur, verum etiam tanquam leo apertè persequebatur & occidebat, hac tantum de causa quod Christo adhæreret, ve- rique iuste viuerent.

*Charissimi nunc filij Dei sumus,* id est, etiam nūc, in medijs mundi persequutionibus & opprobrijs, sumus per adoptionem filij Dei. Et nōdum apparuit nobis quid erimus, id est, quam iusti, quam fœlices, quam glorioſi futuri simus quotquot nūc

## IN I. EPIST. IOANNIS

**Colos.3.** nunc per iustam vitam permanemus filij Dei.  
**1.Cor.2.** Similis locus est ad Colossenses: Vita vestra abscondita est cum Christo in Deo; cum autem Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos cum eo apparebitis in gloria. Et ad Corinthi: Oculus non vidit, nec auris audiuist, nec in cor hominis ascenderunt quæ preparauit Deus ijs qui diligunt illum.

**Gene.3.17** Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus,  
**& 23.** quoniam videbimus eum sicuti est, Christum videbimus non tantum in forma serui, in qua videbunt eum etiam impij: sed & in forma Dei, secundum quam propriè est immutabiliter possidens totum esse, & omne bonum. Dum ergo addit, sicuti est, distinguit hanc Christi visionem ab ea quæ est secundum humanam naturam, secundum quam etiam à Iudeis cōspectus est: deinde & ab ijs apparitionibus, quæ factæ leguntur in veteri testamento, ubi videbāt sancti non incommutabilem diuinitatis naturam, sed creatam aliquam formam, per quam velut per speculum & ænigma diuinitas significabatur. Visio autem ista non corporalis est, sed intellectus: quomodo videre dicimur iustitia, principia scientiarum, & similia. Vera est Dei intellectio, non tamen ipsius comprehēsio. Tractat hæc latè August. epist. III. & II. item 22. de ciuitat. Dei, ca. 29. Vbi docet ex scripturis videri Deum mundo corde, non oculis corporalibus.

Et pul-

## CAPUT III.

34

Et pulchrè admodū ostendit, quomodo sancti post resurrectionem aliquousq; etiam corporis oculis, in rebus corporalibus visuri sunt: quemadmodum & nunc in viuētibus ex motu & operatione incorporeas animas corporis oculis rectè videre dicimur. Erit autē hæc beata visio non transitoria, quali Deum sicuti est viderunt summus Iudeorum doctor Moy-  
**Exod.33.** ses, & Christianorum Paulus: sed tam stabiliter  
**Num.12.** menti nostræ lucebit diuinitas, tamque arctè eam sibi cōiunger, vt mens inde auelli nō possit, nec à seipso quidem, & hoc de se certissimè sciānam si vel minimus ibi foret separationis metus nō posset cor hominis esse quietum. Hæc autem visio planè satiat hominem, dum nihil est vñquā desiderabile, quod in Deo non habeat, dum eum videt, iuxta illud Prophetæ:  
**Psal.16.** Satiabor cū apparuerit gloria tua. Porro dum intellectus visione Dei satiat, rapitur deinde & voluntas in firmum & perfectum amorem eius & ineffabilis pulchritudinis ipsius iustitiæ. Ex plena autem animæ iustitia perfecta sequitur corporalis immortalitas. Atque hinc dicit Ioannes futuros nos ex ipsa Christi visione, illi similes: vt enim videmus corpus ex alimentis immutari, ijsque assimilari; sic & anima cum pascetur & satiabitur æterna luce iustitiae, similis efficietur. Quomodo verò ex animæ dispositione corpus immutetur, experimur quotidie in ira

**Exod.12.**  
**3.Reg.12.**  
**Esa.6.**

**I N I . E P I S T . I O A N N I S**

in ira, latitiae vel tristitiae affectibus: idque manifestissime in paradiſo cognitum est, vbi ex anima morte, id est, peccato, secura est magna illa corporis immutatio, vt ex plenissimè fano, potentèque non mori, fieret morborū & mortis necessitatī subiectum. Tam potentia natura (ait August.) Deus fecit animam, vt ex eius plenissima beatitudine, quæ in fine temporum sanctis promittitur, redundet etiam in inferiorem naturam quod est corpus, non beatitudo, quæ fruentis & intelligentis est propria, sed plenitudo sanitatis, id est, incorruptionis vigor.

*Et omnis qui habet hanc spem in eo, omnes qui visionem & similitudinem Dei obtenturos sperant, id magno studio agunt, vt in hac vita similes Christo efficiantur, videlicet se sanctificando, & Christi sanctimoniam puritatēque imitando. Spes premij ad laborem inuitat, spes victoriae ad certamen impellit: at qui laborem vel certamē detrectat, aut præmium & victoriā non amat, eoque nec sperat: aut si desideret, obtinere desperat, aut certè frigidam spem habet, & languidum ac euanidum desiderium. Porro spes bonorum operum causa est, & haec rursus eam augent atque confirmant, non secus atque fides, quæ & ipsa (vt in 1. Petri cap. 1. est à nobis declaratum) bona opera producit, ac per eadem vicissim fouetur ac robatur.*

Roma. 5. Vnde Apostolus: Patiētia, inquit, probationem opera-

Epist. 56.  
ad Dioclo  
rum.

**C A P V R III.**

55

operator, probatio verò spem. Id quod proximo capite latius explicabitur. Quod verò dicit *Sanctificat se*, significat hominem per liberum arbitriū in bonis operibus Deo cooperari, non autem gratiam Dei negari. Quis enim (ait August.) castificat nos, nisi Deus? sed Deus te nolentem non castificat: ergo quod adiungis voluntatem tuam Deo, castificas te ipsum: castificas te, non de te, sed de illo qui venit ut habitet in te. Tamen quia agis ibi aliquid voluntate, ideo & tibi aliquid tributum est. Ideo autem tibi tributum est, vt dicas, adiutor meus esto, Psal 56.

ne derelinquas me. Si dicas, adiutor meus esto,

aliquid agis: nam si nihil agis, quomodo ille adiuuat?

Dicitur autem homo se sanctum seu

castum facere, dum sancta opera facit: sanctitas enim hominis ipsa sunt opera sancta.

*Omnis qui facit peccatum, & iniuriam facit, &c.*

Ex contrario confirmat quod dixit, omnem

qui facit iniuriam, ex Deo natū esse, dum ostendit peccatum non ex Deo, sed ex diabolo esse.

Hortatur item ex contrario, vt in operibus

iniusticie diligentes sumus ac strenui. Virtus hu-

ius sententia (vt annotat Beda) facilius in lin-

In com-  
ment.

gua Græcorum, qua edita est epistola, compre-

henditur. Siquidem apud eos iniurias ἀνομία

vocatur, quod significat quasi cōtra legem vel

sine lege factum. Siquidem lex Græcē νόμος appellatur. Cum ergo dicit Ioannes, quia om-

nis qui

*IN I. EPIST. IOANNIS*

nis qui facit peccatum & iniquitatē facit, hoc est. & *vōμίαρη*, & peccati est iniquitas, manifestè insinuat, quia omne quicquid peccamus, contra legem Dei facimus. Sed & Latinum nomē eidem rationi competit, quod iniquitas quasi æquitati aduersa nuncupatur. Quicunq; ergo facit peccatum, & iniquitatem facit: quia qui-

*Aug. lib.* Aug. lib.  
*de animæ* de animæ  
*ab æqualitate quadam videtur appellata.* Vir-  
quāti.ca.9  
& 16.

gus peccando existit. Æquitas autem Latine ab æqualitate quadam videtur appellata. Virtus enim est æqualitas quædam vitæ, rationi vndique consentientis, sive ut Cicero definiuit, est habitus animæ, naturæ, rationi, atque modo consentaneus. Quæritur hoc loco, an & infantium originale peccatum sit & *vōμία* sive cōtra legem Dei. Et clara est responso, etiam hoc peccatum cōtra Dei legem esse, propter quod David dicit se nō tantum in peccatis, sed etiam

*Psal. 50.* in iniquitatibus conceptum. Et Apostolus de eodem peccato loquēs: Peccatum (inquit) non imputabatur, cum lex non esset: Lex, inquam, rationis in paruulo, vel lex literæ in populo:

*Rom. 5.* quemadmodum exponit Aug. in epistola ad Hilarium: vbi clarè innuit Apostolus, peccatum originale contra Dei legem esse, et si homines eam ignorantes non ita indicent. Vnde & Spī-  
*Epist. 89.* tui sancto dicit Apostolus concupiscentiā carni-  
nis aduersari: cui sanè nihil est contrarium, nisi quod legi eius contrarium est. At dices: Lex  
Dei

*C A P V T III.* 65

Dei bonos actus præcipit, mala itē opera pro-  
hibet: peccatum autem originale nullum opus  
aut actus est. Respondemus, virtualibus acti-  
bus quos Deus nouit scrutator cordium & re-  
num (et si homines lateat) virtualiter & laten-  
ter legem Dei impleri vel violari. Quis enim  
cum nescit legi diuinæ esse contrarium, qui  
prompti & parati est animi occidere innocen-  
tem, vel furari, etiamsi nunc dormiat: & cōtrà,  
illi obedientem, cuius cor paratum est sperare  
in domino, qui paratus est pro Christo mori,  
etiamsi hoc iam non cogiter, quemadmodum  
Abraham & Iob parati erāt obedire, & patien-  
ter sustinere, antequam tentarētur? Certè pro-  
nuntiare non dubitat August. hos latentes af- De bo. cō-  
fectus esse à Deo remunerādos: impletur ergo iug. ca. 21.  
per eos lex Dei, legis enim officium est præci- & de san-  
pere, ut & prēmio afficere: prohibere, ut & pu-  
nire. Cū igitur quod est in paruulis peccatum à  
lege puniatur, clarum est etiā prohiberi. Vnde  
& D. Thomas ait vitiosum habitum cōtra or- In r. 2. q.  
dinem esse rationis & contra legem æternam, 71. art. 1.  
sicut est peccatum. Vide quæ scripta à nobis sunt Item q. 91  
initio tractationis Decalogi, vbi ostensum est art. 6. & q.  
per ignorantiam legis non tolli eius obligatio- 93. art. 3.  
nē, & quomodo quidam sine lege esse dicātur.  
Loqui autē Ioánem Apostolum etiam de ori- & 6.  
ginali peccato, ex eo liquet, quod supra dixit: Si  
dixerimus quoniam non peccauimus, menda-  
cem fa-

**IN I. EPIST. IOANNIS**

cem facimus Deum : & ex eo quod dicit de Christo . Ille apparuit ut peccata nostra tolleret , & peccatum in eo nō est: quod vtique sana fide intelligitur etiā de peccato originis , quod à nobis Christus per incarnationem suam tollit , & in se non habuit . Existit hic & altera quæstio, an quod ait Ioannes, Peccatum est iniquitas , dixerit tanquam definiens peccatum , hoc est, an verum sit omnem iniquitatem esse peccatum , ut cōtrā verum est, omne peccatum esse iniquitatem . Certè non dubitat pronun-

**Lib. 5. ca. 3  
& li. 6. c. 8**

**Lib. 1. de  
nup. & cō-  
cu. cap. 25  
& 26.**

**Cap. 8.**

ciare Augustinus in lib. aduersus Julianū, concupiscentiam in renatis esse iniquitatem: quam tamen compluribus in locis peccatum esse negat. Imò nec solus , nec primus Aug. hanc re- natorum concupiscentiam iniquitatem appellauit, imitatus videlicet B. Ambro. qui libro de Isaac & anima hoc illi nomen tribuit: quē eius locum citat Aug. lib. 2. contra Julianum cap. 5. Qui & lib. de Apologia Dauid cap. 13. disertis verbis latius patere docet iniquitatem , quam nomē peccati, vbi tractat etiam præsentem locum Ioánis: Peccatum, inquit, aut donatur, aut deletur, aut tegitur: donatur per gratiam, deletur per sanguinem crucis, tegitur per charitatem . Similiter & iniquitas quæ aestimatur ha- bitudo mentis iniusta: licet Ioannes in epistola eum qui fecerit peccatum , & iniquitatem fe- cisse dixerit, sicut habemus scriptum : Omnis qui fa-

**z. Ioan. 3.**

**C A P V T II.**

57

qui facit peccatum, & iniquitatē facit. i. Pecca- tum est iniquitas, quia in ipso peccato iniquitas est. Tamen (ut nobis videtur) omne peccatum est iniquitas: iniquitas autem operatrix culpæ aur delicti. Plus est ergo ut ipsa iniquitas deleatur: excidatur radix & seminariū peccato- rum: mala tollatur radix, ne malos fructus ferat: aboleatur erroris omnis affectus: vniuersa iniquitatum genera tollantur . Itaque quemadmodum intrans in animam sapientis disciplina imprudentiam tollit, & scientia ignoran- tiā; sic perfecta virtus iniquitatem, & remis- sio peccatorum delet omne peccatum . Vnde præclarè Apostolus ait : Quia donavit nobis Colos. 1. peccata dōminus Iesu: de lens chirographum decreti, quod erat contrarium nobis. Et ipsum (inquit) de medio tulit, affigens illud cruci. Deleuit sanguine suo atramentum Euæ , deleuit obligationem hæreditatis obnoxia. Fides igi- tur peccatum minuit. Et ideo dominus dimi- tens peccata, dicebat: Fiat tibi secundum fidem tuam. Idem alibi quoque concupiscentiam re- Li. de his natorum venenum vocat antiqui serpentis. Si- qui mys. init. c. 6. militer Methodius martyr apud Epiphaniū & li. 3. de in hæresi Originis, concupiscētiā sanctorum Sacr. c. 1. appellat vetus fermentum malitiæ & prauitatis, malum vituperatum à Deo , dicens inter- Hæres. 6. 4 rim docere Apostolum Paulum sanctos exer- cere iustitiam sine admixtione peccati: Ex quo

I mani-

## IN I. EPIST. IOANNIS

manifestum est esse aliquam Methodio iniquitatem, quæ peccatum non sit. Pro horū clariorē intelligentia notandum iniquitatem siue anomiam propriè id esse quod contra legē est, siue obliquitatē & curuitatem à lege Dei: peccatum verò supra ipsam iniquitatem addit in scriptura reatum, siue debitum pœnæ. Peccatum enim est iniquitas faciens hominem reum pœnæ, hoc est, inquit August. non habere peccatum, reum non esse peccati. Et in fine lib. 2. contra Iulia. analogicas peccati significationes per relationem ad reatum explicat, eo quod propria significatio vocis peccati sit reatus, vel tanquam principale reatum inuoluat. Et sanè

Lib. 1. de  
nupt. &  
cōc. c. 26

1. Cor. 15. Apostolus ad Corinthios nomine peccati pro reatu vtitur. Si Christus, inquit, non resurrexit, vana est fides vestra, adhuc enim estis in peccatis vestris. Vbi non sentit Apostolus Corinthios adhuc esse fornicatores, idololatras, maledicos, aut ebriosos (hæc enim iam dudū committere desierant) sed vult eos adhuc propter præterita scelera aeternæ damnationis reos esse, si falsò credidissent Christum resurrexisse. Si militer Ioannes, dum suprà dixit: Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, nosipsoſ se-dicimus: non docet semper nos peccare seu iniquè agere, sed admissæ iniquitatis semper reos esse. Hinc in scripturis peccati nomen ad eū refertur, qui hoc punit & ignoscit, vt idē sit pecca-

1. Ioan. 1.

## CAPUT II.

58

peccatum quod demeritum, quod nomen relationem ad retribuentem & puniétem significat. Vt ibi: Tibi peccauimus expectatio Israël. Hiero. 14. Tibi soli peccauī, Quid est, inquit August. Tibi soli peccauī? quia tu solus sine peccato. Ille iustus punitor, qui non habet quod in illo puniat: ille iustus reprehensor, qui non habet quod in illo reprehendatur. Idem in quæstione super

Quæst. 55

Deuter. dicit illos peccasse domino, qui piam pœnitentiam peccati sui non agunt, ut glorificetur ignorans dominus. Hinc Euangeliū

Matt. 18:

vbi veniā peccatorum mentionem facit, peccatum debito pecuniario comparat, & peccata appellat debita; quo nomine designatur haud dubiè relatio ad eum cui aliquid debetur. Cum igitur concupiscentia renatorum nō faciat eos amplius reos, quoniā videlicet reatus eius regenerationis sacraméto solurus est: maneat tamen in renatis, quia praua operatur desideria contra quæ dimicare debeant: clarè inuenta est iniquitas, quæ non sit propriè peccatum. Sicuti mala quæ committuntur ex ignorantia culpabili, sed per baptismum vel reconciliationis sacramentum iam remissa, iniquitates sunt, non peccata. Intelligi iam ex his possunt suprà dicta Ambrosij verba, dicit enim omne peccatum esse iniquitatem, non contrā: quia est aliqua iniquitas quæ non culpa est, sed culpæ operatrix, nempe quæ in sanctis est mala concu-

I 2 pisen-

Hiero. 14

Psal. 10.

In Psal-

mū 50.

IN I. EPIST. IOANNIS

piscientia. Et inde dicit plus esse deleri iniquitatem, quam peccatum: quia cum iniquitas deletur, exciditur radix & seminarium peccatorum, ac omne peccati desiderium aboletur. quod fieri docet, non per remissionem peccatorum, sed perfectam virtutem: quamdiu enim non inuenimus perficere bonum diuinæ legis, tam diu aliquid iniquitatis & obliquitatis à lege Dei habemus: sed remissio peccatorum delet omne peccatum, quia delet chirographum nobis contrarium, hoc est, reatum in spiritualium potestatum mentibus (quemadmodū August. loquitur) tanquam in chirographo scriptum. Nomine igitur peccati, & chirographi nobis Li. 6. cōt. contrarij designat Ambros. reatum. Id quod Iul. c. 8. clarius explicat, dum dicit Christum in remissione peccatorum delere obligationem hæreditatis obnoxiam: obligatum autem esse: siue debitorem vel obnoxium esse, nihil est aliud quam reum esse poenam: Quia igitur per remissionem peccatorum quæ fide impetratur, non tollitur iniquitas, sed manet concupiscentia, frequenter post priorum remissionem peccata paries, hinc ait Ambrosius quod fides peccatum minuat: quia videlicet ex vita nostra non penitus tollitur. Aduersus hæc magnus occurrit scrupulus ex epist. huius cap. 5. vbi sic ait Ioannes: Omnis iniquitas peccatum est. Sed respondeamus, quod quanquam interpres noster eadem utroque

C A P V T . III. 59

utroque & 3. & 5. capite. vñsus sit iniquitatis vox, in Græcis tamen aliam atque aliam esse: si quidem hoc loco est ἀνομία, cap. 5. ἀδικία, quæ vox externam propriè operationem iniustam significat: vt contraria iustitia in his propriè spegetur quæ exterius operamur: quæadmodum in primum cap. Proverb. docet V. Beda: vbi iudicium, iustitiam & æquitatem inter se distinguens: iudicium constituit in discretione boni & mali, iustitiam in externa operatione recta, æquitatem in sancta intentione. Agit autem cap. 5. Ioannes de iniuria quæ exterius alteri videtur inferri. Vnde ait: Si quis viderit fratrem suum peccare. Hoc verò loco conatur ostendere peccatum à Deo non esse, propterea quod sit contra eius legem. Quod si quis vocabula distingueri nolit, iniquitatem in cap. 5. nihilo minus intelligere debebit actualē peccatum propriæ vitæ, de huiusmodi enim agit Ioánes. Hoc verò loco ita generaliter loquitur, vt etiam originale peccatum comprehendat, sicut suprà est ostésum. Sic August. nomen iniquitatis vel iniustitiae in duo significata distinguit, lib. 2. cōtra Julianum cap. 5. Ambrosius (inquit) in sanctis dicens esse iniquitatem, non illam nominasse putādus est, quæ deletur in baptismo: illa namque peccatorum quæ fecimus, fuit, quæ cuncta remissa sunt, atque omnino iam non sunt, quorum reatus manebat, quando ipsa fie-

## IN I. EPIST. IOANNIS

bant atque transibant. Istam verò legem peccati, cuius manētis reatus in sacro fonte remissus est, propterea vocavit iniquitatem, quia ini-  
quum est, ut caro concupiscat aduersus spiritum, quamuis adsit in nostra renouatione iustitia qua iustum est, ut aduersus carnem concupiscat spiritus; ut spiritu ambulemus, & concupiscentias carnis non perficiamus. Hæc de his duabus quæstionibus aduersus eos dicta sunt, qui ex hoc Ioannis Apostoli loco docere conantur, nullum esse peccatum præter virtus propriæ actionem; ex quo deinde colligunt non nasci hominem cum proprij nominis peccato, siue nō esse tale aliquod peccatum in paruulo recens nato. Qua in re Pelagiū & Celestium imitantur, quorum verba extant apud Augustinum in hanc sententiam; Omne, inquit Pelagius, bonum ac malum quo vel laudabiles vel vituperabiles sumus, non nobiscum oritur, sed agitur à nobis: capaces enim utriusque rei non pleni nascimur, & ut sine virtute, ira & sine virtute procreamur. Atq; ante actionem propriæ voluntatis id solum in homine est, quod Deus condidit. Similiter Celestius: Longè, inquit, à Catholicis sensu alienum est, peccatum esse ex traduce: quia peccatum non cum homine nascitur, quod postmodum exercetur ab homine: quia non naturæ delictum, sed voluntatis esse demonstratur. Ad creatoris iniuriam pertinet,

si dica-

Lib. 1. de  
pec. orig.  
cap. 13.

Eiusdem Libri ca. 6 similiter Celestius: Longè, inquit, à Catholicis sensu alienum est, peccatum esse ex traduce: quia peccatum non cum homine nascitur, quod postmodum exercetur ab homine: quia non naturæ delictum, sed voluntatis esse demonstratur. Ad creatoris iniuriam pertinet,

## C A P V T III.

60

si dicatur malum antequā fiat ab homine, homini tradi per naturam. Hæc illi. Cæterum qui docent in paruulo iam recens nato nō esse peccatum propriæ dictum, Augustino quidem (qui vbiique docet concupiscentiam cum qua omnis homo nascitur, esse peccatum propriæ dictum) se aduersari farentur: sed utique nō illi foli contrarium est illorū dogma, verum etiam Sozimo Pontifici ad vniuersos episcopos contra Pelagium, sic scribenti; Fidelis dominus in verbis suis, eiūsque baptismus re ac verbis, id est, opere, confessione, & remissione vera peccatorum, in omni sexu, ætate, conditione generis humani eandem plenitudinē tenet. Nullus enim nisi qui peccati seruus est liber efficitur, nec redemptus dici potest, nisi qui verè per peccatum fuerit ante captiuus, sicut scriptum est: Si vos filius liberauerit, vere liberi eritis. Ioan. 8. Per ipsum enim renascimur spiritualiter, per ipsum crucifigimur mundo: ipsius morte mortis ab Adam omnibus modis introductæ atque trâmissæ vniuersa animæ, illud propagatione contractum chirographum rumpitur, in quo nullus omnino natorū antequā per baptismum liberemur, nō tenetur obnoxius. Hæc Sozim⁹.

Aduersantur & Leoni Pontifici in Concilio Arausiano secundo, sic definiunt: Si quis per offensem prævaricationis Adæ non totum, id est, secundum corpus & animam, in deterius

Cano. 1.

I 4

dicit

IN I. EPIST. IOANNIS

dicit hominem commutatum, sed animi libertate illæa durante, corpus tantummodo corruptioni credit obnoxium, Pelagi errore deceptus, aduersatur scripturæ dicenti: Anima

Ezech. 18 Rom. 6.

quæ peccauerit ipsa morietur. Et nescitis quoniā cui exhibetis vos seruos ad obedieñū, serui

2. Pet. 2.

eius & seruus addicitur. Si quis soli Adæ prævaricationem suam non & eius propagini asserit nocuisse, aut certè mortem tantum corporis, non autem & peccatum quod mors est

animæ per vnum hominem in omne genus humanum transisse testatur, iniustitiam Deo dabit, contradicens Apostolo, dicenti: Per vnu

hominem peccatum intravit in mundum & per peccatum mors in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Hæc Concilium Arausicanum. Imò aduersantur etiam isti Apostolo Ioanni hoc loco dicenti, non fuis-

Vide Au gult li. 4. fe vllum in Christo peccatum. Hanc enim sin-

contra 1. gularem Saluatoris nostri prærogatiuam eu-

epist. Pe- contra 2. cuare conantur, dum alijs paruulis in quibus

la. c. 4. & docent non esse proprij norminis peccatū, eam

epist. 105 faciunt communem. Aduersantur & ritui Ec-

ad Sixtū. clesis, quæ infantes exorcizat & exsuffflat, &

diabolum ex eis recedere mandat. Hoc enim proculdubio fallaciter fit, si diabolus eis nō do-

minatur: si autem non dominatur, & ideo non

fallaciter exorcizantur & exsufflatur, per quid

domi-

C A P V T III.

61

dominatur nisi per peccatum, princeps vtique peccatorum? Proinde si iam erubescunt, nec audent dicere hæc in Ecclesia mendaciter geri, fateantur quod perierat etiā in paruulis quæri; neque enim nisi propter peccatum perierat, quod nisi per gratiam non potest quæri, non potest inueniri.

*Et scitis quia ipse apparuit ut peccata tolleret, & peccatum in eo non est. Aliud subiicit argumentum vnde intelligatur peccatum non ex Deo esse, sed illi contrarium. Scitis, inquit, per fidem videlicet, quod Christus humanæ naturæ assumptione visibilis nobis apparuerit, ut tolleret peccata nostra qualiacunque tandem sint, siue actualia, siue originalia: tolleret inquam, merito laboriosæ passionis ac meritis, quam in natura sua humana perpeñsus est: ex quo clavisimè colligitur quantopere peccatum Deo displiceat.*

Tollit autem Christus peccatum, quando merè gratis, nō solum (vt August. verbis vtar) nullis bonis nostris, sed etiam multis malis operibus præcedētibus, misericordia eius præuenit hominem, ut liberetur à malis, & quæ fecit, & quæ facturus fuerat, nisi Dei gratia regeneraretur: & quæ passurus fuerat in æternū, nisi erueretur à potestate tenebrarum, & transferretur in regnum filij charitatis Dei. Tollit (inquit Beda) peccata & dimittendo quæ facta sunt & adiuuando ne fiant, et perducendo ad mentavit,

Aug. lib.  
de cor. &  
gra. c. 13.

IN I. EPIST. IOANNIS

vitam, vbi fieri omnino non possunt. Pro eo quod nos legimus, vt peccata tolleret, Augustinus legit (vt peccatum auferat) nomine peccati vniuersitatem & vim omnium peccatorum designans: quo modo legunt et Graeca Ioannis primo, Ecce qui tollit peccatum mundi. Ad quæ Baptista verba respexit haud dubie hoc loco Apostolus.

*Et peccatum in eo non est, id est, quia nunquam peccatum in Christo nec est, nec fuit, nec erit: Alioqui si tantum hoc diceret, quod nullum nunc sit in Christo peccatum, nihil ei pecuniale tribueret: Idem enim de Abraham & Petro defunctis dici queat. In Christo vero peccatum non est, quia de Spiritu sancto & virginе natus nec originale peccatum contraxit, nec postea quicquam mali egit. Imò quia Christus verus Deus erat qui non potest quicquā iniquè amare, peccare non potuit, sicut dicit August. lib. 1. de prædest. sanctorū cap. 15. Quare vehementer hic hallucinatur Durandus, nō intelligens humanae naturae assumptionem in unitatem personæ diuinæ. Pulchre vero Apostolus rationem ablutionis peccatorum nostrorum adfert Christi puritatem & innocentiam, quod nullum habuerit peccatum: qui enim necessè non habet pro se metipso Deum placare, is demum idoneus est, qui in alienis delictis Deum placatum reddat. Si Christo inesset peccatum, id illi aufer-*

C A P V T III. 62

auferendum foret, non ipse ceteris auferret. Similis locus est apud Esaiam, vbi Christus dicitur percussus propter scelus populi Dei, quia *Esa. 53.* ipse iniquitatem non fecit.

*Omnis qui in eo manet non peccat. Exhortatur ad operationem iustitiae ex contrario. Difficilis autem est hic locus, eo quod catholica fides ex apertis scripturis doceat iustos in Christo manentes sapè adhuc peccare, & nihilominus rectè dici iustos in Christo manentes: sicut suprà ostendimus, circa illum locum, Si dixerimus quia peccatarum nō habemus, etc. In primis igitur veterum Doctorum in hunc locum commentarium proferemus. Et Ambrosius quidem Esaiam interpretans exponit hunc locum de futuro seculo, vt sensus sit: Omnis qui manet in Christo, ab eo planè glorificatus, nō peccat; & omnis qui ex Deo natus est secunda regeneratione, quæ erit in resurrectione mortuorum nō peccat, nec peccare potest: sed qui peccat nō dum videt Deum facie ad faciem. Verba Ambrosij citantur ab Augustino lib. 4. contra 2. epistolas Pelagianorum: Verum non videtur Cap. II. hic Ioánes loqui de futuro seculo, In hoc, enim (inquit) manifesti sunt filii Dei & filii diaboli, vbi notā aliquā proponere viderur, qua etiam in hac vita illos inter se distinguere valeamus. Altera est ergo Augustini interpretatio, qui epistola 95. & lib. 2. de peccator. mier. & remis. Cap. 8. 9 & 10. intel-*

intelligit iustos & in Christo manentes nō peccare ex ea parte qua sunt à Christo renouati: at ex ea parte qua adhuc sunt vetusti & filii huius seculi sapè peccare. Sed nec hoc textui Ioannis conuenire videtur: Ioannes enim per (peccare & non peccare) distinguit filios Dei à filiis diaboli: Filios autem diaboli (vt rectè docet August.) faciunt non quæcunq; peccata, sed grandia tantum. Tertius est igitur etiam Augustini commentarius, qui tract. 5. in hanc epist. dictum hoc intelligit non de quoquis peccato, sed de illo tantum, quod est, non diligere fratrem. Quemadmodum probabilem facit, quod sequitur apud Ioannem, Omnis qui non est iustus, non est ex Deo, & qui non diligit fraterum suum. Consentit cum hac expositione interpretatio Beati Hieronymi in libris contra Iouinianum statuentem ex hoc loco eos qui in spiritu baptizati sunt, non posse amplius peccare, quemadmodum ex eodem colligebat Pelagius, neminem posse dici filium Dei, nisi careret omni peccato. Interpretatur igitur Hieronymus hoc Ioannis dictum de mortali peccato. Verba eius sunt hęc: Propterea, inquit Ioannes, scribo vobis filioli mei, Omnis qui natus est ex Deo non peccat, vt non peccetis: & tam diu sciatis vos in generatione domini permanere, quamdiu non peccaueritis. Imò qui in generatione domini perseverant, peccare non possunt;

Lib. 2. in princip.

possunt; quę enim communicatio luci & tenebris? Christo & Belial? Quomodo dies & nox 2. Cor. 6. misceri non queunt, sic nec iustitia & iniqtas, peccatum et bona opera, Christus et Anti-christus. Si suscepimus Christum in hospitio nostri pectoris, illico fugiamus diabolū. Si peccauerimus, & per peccati ianuā ingressus fuerit diabolus, protinus Christus recedit. Hęc Hieronymus. Pro eius autem rei clariore intelligentia, obseruandum est apud Ioannem Apostolum peccare, siue facere peccatum, idem esse quod apud Paulum ambulare secundum carnem, esse sub peccato, seruum esse peccati, siue peccare mortaliter. Sic igitur Ioannes dicit, eum qui manet in Christo non peccare, quandiu manet in Christo: vti Paulus dicit nos Rom. 6. mortuos esse peccato, liberatos à peccato, nullam esse societatem luci ad tenebras, iustitiae ad iniqtitatem. Et Petrus, Qui passus est in carne, 1. Pet. 4. desit à peccatis. Et: Hęc facientes, non peccabitis aliquando. quod Beda rectè de peccato mortali interpretatur, sicut & illud epist. huius cap. 2. Hęc scribo vobis, vt non peccetis. Sic Basilius in Moralibus regul. 22. Peccati, inquit, Cap. 1. cōmissio ea est quę homines ab alienat à Deo, & conciliat diabolo: Ac deinde subiicit tres scripturas: Omnis qui facit peccatum, seruuus est Iean. 8. peccati. Et: Vos ex patre diabolo estis, & desi- Ibid. deria patris vestri vultis facere. Et: Cū serui es- Rom. 6. fetis

**IN I. EPIST. IOANNIS**

scitis peccati, liberi fuistis iustitiæ. *Et omnis qui peccat, grande scilicet peccatum, non vidit eum.* intellectu Deum non cognoscit Deum, scilicet notitia dilectionis, amicitiae & familiaritatis.

*Filioli nemo vos seducat. Nemo se vestrū à falsis doctoribus & Antichristis seduci patiatur ad perpetrandas quas tradunt haud nominandas turpitudines. Qui facit iustitiæ, iustus est: qui enim facit iusta opera hic demū iustus est: sicut & ille, Deus videlicet iustus est, id est, hic demū est Deo similis. Qui verò facit peccatum, & horrenda scelera qualia docent hi seductores, hic ex diabolo est. Id propriè dicit Ioannes cōtra Nicolaitas, de qui-*

**Apoc. 1. Num. 24** bus angelo Pergami scribit in Apocalypsi. Habes (inquit) tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balaac mittere scandalum coram filijs Israël edere, & fornicari: ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolitarum. Vt enim ait Au-

**Hæres. 5.** gust. lib. de hæresibus ad Quodvult Deum. Nicolaitis placet indifferēs v̄sus fœminarum, nec ab his quæ idolis immolantur cibos suos separant, & alios ritus gentilium superstitionū non auersantur. Ab horum odio laudat Ioánes an-

**Apoc. 2. Ephes. 5.** gelū Ephesi, Odisti, inquit, facta Nicolitarum, quæ & ego odio. Docuerat enim Ephesios horum odium Paulus: Nolite, inquit, communicare operibus in fructuosis tenebrarum, magis autem redarguite: quæ enim in occulto fiūt ab

**Ibid.** ipsis, turpe est & dicere. Et, Nemo vos seducat inani-

**C A P V T II.**

64

inanibus verbis. Propter hæc enim venirira Dei in filios diffidentiæ. Item videtur hoc dici contra eos qui liberè docebant fornicari, scelerā omnia perpetrare, idola venerari, vt fecit impiissima Iezabel: vnde etiam sub eius nomi- **3. Reg. 18** ne meminit eorum Ioannes scribens in Apo- **4. Reg. 9** calypsi angelo Thyatiræ. Permittis, inquit, mu- **Apoc. 2.** lierem Iezabel quæ se dicit prophetam, docere & seducere seruos meos, fornicari, & mandu- care de idolothytis. Fuerunt autem hi Carpo- cratiani, qui (teste Irenæo & Epiphanio in lib. de hæresibus) in tantum insania effrenati sunt, **Li. r.c. 14** vt & omnia quæcunque sunt religiosa, cōtem- **Hæres. 27** nenda, & quæcunque sunt impia potestatem habere operandi se dicerent: existimantes hu- mana tātum opinione opera bona esse vel ma- la. Per fidem & charitatem saluari se dicebant: reliqua verò indifferentia cum sint, secundum opinionem hominum quædam quidem bona, quædam autem mala vocari, cum nihil natura malū sit. Operæ preciū est autē hic annotare, quod hodiernos hereticos Ioánes hic seductores appellat. Cum enim iustum pronūciet eum qui facit iustitiam, clarum est eos Ioanni con- tradicere, qui nos per bona opera coram Deo iustos esse negant, qui iejunium, continentiam, & similia sancta opera odiosè adiaphora, id est, indifferentia appellant: cūm plurimū momenti ad veræ fidei pietatem habeant, atque ab ipso Christo

IN I. EPIST. IOANNIS

Christo in Euangeliō, & à Prophetis atq; Apo-  
stolis solicite nobis sunt commendata.

*Ex diabolo est.* Qui grāde peccatum facit, non  
dicitur esse ex diabolo, tanquam creatore: vel  
quasi diabolus quenquam cogeret ad peccan-  
dum. Non sit enim peccatum nisi humana vo-  
luntate: sed eius suasor tantum est diabolus &  
exemplar. Duobus enim modis peccatores in-  
contra fideles Iudæi, filij diaboli vocantur à domino.  
Admāt. Vel quòd ab ipso impietatem didicerunt, sicut  
cap. 5. dominus dicit eis: Vos ex patre diabolo estis,  
Vide eū. dē li. 1. de & quæ vidistis apud patrem vestrum, facitis. Et  
pec. me. Apostolus de diabolo dicit: Qui nunc operatur  
& re. c. 13. in filiis diffidetia, scilicet persuasione & sug-  
Ioan. 8. gessionem. Vel quòd eum imitantur, sicut ait  
Ephes. 2. Sapiēs: Inuidia diaboli intravit mors in orbem  
Sap. 2. terrarum. Imitantur autem eum qui sunt ex  
parte eius. Potest & tertio modo diabolus vo-  
caripater impiorum hominum: quia videlicet  
princeps eorum est, habens eos sibi subditos &  
seruos: vnde Christus apud Ioannē vocat eum  
Ioan. 12. principem mūdi; & Paulus dæmones dicit esse  
14. &c 16. rectores tenebrarum harum: & resistentes ve-  
Ephes. 6. ritati captiuos teneri à diabolo ad ipsius volū-  
2. Ti. 1. 3. tatem. Et Christus auaros ait seruire Mammo-  
Matt. 6. næ: et diabolum possidere genus humanum,  
Luc. 11. quemadmodum fortis quispiam armatus ca-  
strum aliquod possidet. Sed obijcies fortasse.  
Qui fieri potest ut quisquis peccatum facit, do-  
cente

C A P V T II.

65

cente ac suadente diabolo peccet, cum multi  
non ex eius suggestione, sed propria peccēt ini-  
quitate, quemadmodum nullo suasore pecca-  
uit ipse diabolus? Peccatum enim teste Paulo, Rom. 7.  
in nobis habitans, occasione accepta per man-  
datum opera mala operatur, etiam si cesset dia-  
bolus, possumus enim mali quippiam cogitare  
eo noscente: solus enim Deus nouit corda si-  
liorum hominum, & nemo scit quæ sunt ho-  
minis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est: male  
autem cogitationi consensum præbere possiu-  
mus, per quem iuxta Apostolum, locū dāmus Ephes. 4  
diabolo, vt vbi nos viderit iracundia, vel alteri  
prauæ concupiscentiæ consentire, vbi nos vi-  
derit ociosos vacres, & externo cultui fidēn-  
tes intrare audeat. Rursum, quomodo omnis  
peccans diabolum imitatur, cum multi peccēt  
nescientes, vel non cogitantes diabolum pec-  
casse, nec eum proinde exépli vice proponen-  
tes? Tertio, quomodo dicitur diabolus omnes  
impios possidere tanquam domum, vel subdi-  
tos suos, cum electo immundo spiritu peccare  
nos dicat scriptura per ocium & confidentiam Matt. 12.  
in externarum cérémoniarum ornatu, ac tunc Luc. 11.  
demum intrare immundum spíritum? Sic Iu- Matt. 26.  
das prius dominum suum vendidit, & postero Ioan. 13.  
deinde die sumpta buccella intravit in eum Sa-  
thanás. Ad priora duo argumenta vna est re-  
sponsio, filios diaboli non omnes mala omnia  
K agere

IN I. EPIS. IOANNIS

agere propagine ac immediatè ex eius suasione vel imitatione, sed omnia peccata suast ei & imitatione committuntur, velex ea saltē concupiscentia, quę suasione & imitatione diaholi in humano est genere exorta. Si prima igitur origo ex qua omne peccatum committitur, respiciatur, omnes impij discipuli & imitatores diaboli sunt. Sic explicat Aug. tract. 4. in hanc epistolam. Omnes peccatores, ait, ex diabolo nati sunt, in quantum peccatores. Adam à Deo factus est, sed quando consensit diabolo, ex diabolo natus est. Et tales omnes genuit qualis erat, cum ipsa concupiscentia nati sumus. Vide eundem lib. i. de nupt. & concup. cap. 23.

Ad tertium argumentum respondeatur: diabolum statim intrare & regnare vbi iustitia & Christus derelinquitur: vt in citatis supra verbis dicit Hieronymus. Sed vbi homo iam diabolo subditus resurgere negligit, & pias admonitiones contemnit, hinc eum potentius & firmius incipit possidere, & ad peiora pertrahere. Atque hoc est quod ait Christus spiritum immundum quo ad peccata idololatriæ à Iudeis electum intrasse in eos cum septem nequioribus spiritibus: quia videlicet vacabat & externis ceremonijs Christo neglecto fidebant: Sic Lucas Sathanā ait intrasse in Iudā priusquam iret ad vendendum dominum: sed Ioánes post eximiam ei à Christo charitatē ostésam, postq; terri-

Matt. xi.

Luc. xi.

C A P V T III.

66

terribilem admonitionem dicit Sathanam in- Ioan. 13. trasse in Iucam, quia tunc eum in malo prorsus obstinatum reddidit, ac firmissimè possedit. Ex his facilè intelligitur quomodo diabolus sit author & princeps scelerum & peccatorum.

Quoniam ab initio diabolus peccat. Non ab initio quo creatus est, sed ab initio peccati: quia ipsius superbia fuit primum peccatum, vt ait August. lib. ii. de ciuitate Dei, demonstrans ex scripturis diabolum sanctum quandoque fuisse sine omni peccato. Potest etiā intelligi ab initio conditionis rerum peccasse, modò computes pro initio sex primos dies, sicut ab initio dicitur fuisse homicida. Primus annus conditionis rerum, vel primum seculum non absurdè vocatur initium rerum. Pulchrè autem (vt ait Beda) cum præmitteret, ab initio, subiunxit verbum præsentis téporis, peccat: quia ex quo diabolus peccare coepit, nunquam peccare definit, nec præsentium scilicet peccarum enormitate, nec futurarum metu coercitus. Sed cuiusmodi est hęc ratio; Diabolus peccat ab initio, igitur omnis qui peccat eius est filius? Secundum August. commentarium facilis est responsio. Cum enim Ioannes loquatur de peccato, quo fraterna charitas violatur, rectè diabolus omnium contra charitatem peccantium pater constituitur: quia videlicet ab initio peccauit contra hominis dilectionem, suadendo ei Cap. 15. Ioan. 8.

K 2      vt Deum

IN I. EPIS. IOANNIS

vt Deum contemneret, ex qua suasione omnis  
fraternę charitatis violatio & omne peccatum  
exoritur. Potest & sic intelligi ab initio diabo-  
lus peccasse, quia primus & tanquam princeps  
peccauit, cui omnes essent peccatores subdēdi,  
quod esset ipse inter creaturas intellectuales  
omnium supremus. Maior enim est angelica,  
quam humana natura, & inter peccates ange-  
los primus ipse fuit. Qui miratur (inquit Aug.)

Lib. i. de nupt. & cōc. c. 23.  
quod creatura Dei subditur diabolo, non mire-  
tur, subditur enim creatura Dei creature Dei,  
minor maiori, quia homo angelo, nec tamen  
propter naturam, sed propter vitium, quia im-  
mundus immundo.

*In hoc apparuit filius Dei ut dissoluat opera diaboli,*  
id est, in hunc finem factus est Dei filius homo  
omnibus visibilis, ut destruat peccata, quę dia-  
bolus suadendo & sugerendo & captiuos tra-  
hendo in hominibus operatur. Soluit filius Dei  
hęc opera, ignoscendo peccata, tollēdo diaboli  
super homines dominium, & immutando cor-  
da eorum ab iniuitate ad iustitiam, donec eos  
ad vitam perducat æternam. Non pertinet (ait  
August.) paruuli ad gratiam manifestationis fi-  
lii Dei, si non in eis soluat opera diaboli ipse  
& re.c. 27 Christus, qui ad hoc apparuit, ut soluat opera  
diaboli. Sed queras, an mors dicenda sit hoc  
loco opus diaboli. Respondendum, Ioannem  
hic non agere nisi de peccatis; nec mortem per  
se &

C A P V T III. 67

se & sui gratia opus esse diaboli. In Christo  
enim qui mortuus est, princeps mundi huius Ioan. 14.  
nō habebat quicquam. Hoc verò sensu dicitur  
in epistola ad Hebreos diabolus habere impe- Hebr. 2.  
rium seu potestatem mortis: & in libro Sapien- Sap. 2.  
tię, ipsius inuidia mors intrasse in orbem ter-  
rarū, quia (ut recte interpretatur August.lib. 2.  
de peccatorum mer. & remissione) ex peccato Cap. 2.  
quod diabolus persuasit, mors accidit. Christus  
autem ut peccatum, ita & eius effectum, mor-  
tem videlicet tollit ac destruit.

*Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit;* id  
est, qui est filius Dei per adoptionē (natus enim  
nomen hic est, nō participium) nullum lethale  
peccatum committit, quandiu perseverat esse  
filius Dei, & secundam ex Deo natuitatem re-  
tinet. *Quoniam semen ipsius, Dei videlicet, ex quo*  
regeneratus est, manet in eo, eum nutriendis ac ro-  
borans in pugna contra peccatum. Semen Dei  
quo renascimur, & in bono perseueramus ver-  
bum est Dei fide non ociosa suscepimus, vel ipse  
Spiritus sanctus, sive filius Dei nos regenerans,  
aut ipsa Spiritus sancti gratia, & mentis noui-  
tas, atq; Dei dilectio. Hęc enim omnia eodem  
recedunt.

*Et non potest peccare, quoniam ex Deo natus est.*  
Suprà retulimus Ambrosij expositionem, re-  
ferētis istud ad futurum seculum: alteram item  
August. qua non posse eum peccare intelligit,

**IN I. EPIST. IOANNIS**

ex ea parte qua renouatus est. Nunc addenda sunt & alię interpretationes quibus vario modo vox posse exponitur. Augst. igitur lib. de natura & gratia, illud non potest, idem valere vult, quod non debet, siue non licet ei peccare, ob acceptam videlicet tantam à Deo gratiam, ut filius eius effectus sit. Oecumenius exponit non vult: quo modo Ioseph ad dominam suam ait, Quomodo possum hoc malum facere? nullo modo debo, vel nullo modo volo. Hieronymus ita intelligit, non potest peccare, scilicet quamdiu manet filius Dei: quo genere locutionis ait Christus: Quomodo vos potestis cadere, qui gloriam ab inuicem accipitis: & gloriariam quę à solo Deo est, non queritis?

Et, Non potestis Deo seruire & Mammonę. Ideò verò sic interpretantur, quia certa fide contra Iouinianum credimus, posse eos qui renati sunt ex Spiritu sancto postea mortaliter peccare: vt ex Apostolis discimus, quibus Christus dixerat: Vos mundi estis, qui omnes tamen paulò post scandalizati sunt, & fidem reliquerunt.

Deniq; etiam sic exponi potest: Quisquis secundum diuinam prædestinationem ad vitam æternam, Dei filius est, non potest ad finem usque vitæ grandi atque lethali aliquo criminis peccare: iuxta quod Christus in Euangeliō dicit electos non posse seduci, & neminem de manu patris sui oues ipsius rapere posse.

Et Apo-

Matt. 24  
Iouan. 10.

**C A P V T III.**

68

Et Apostolus Paulus in persona prædestinato- Rom.8.  
rum, loquens: Nulla (inquit) creatura poterit nos separare à charitate Dei. Illud autem non posse peccare, propter Dei custodiā, nullam imponit libero arbitrio necessitatem, quemadmodum est à nobis declaratum tractatu secundo in Oratione Dominicā. Facit pro hac expositione quod in fine huius epistolę dicitur: Qui natus est ex Deo non peccat, sed genera-  
tio Dei conseruat eum, & malignus non tangit eum.

In hoc manifesti sunt filij Dei & filij diaboli, id est, per peccare & non peccare grande peccatum, declaratur nobis in hac vita qui Dei sunt filij, qui diaboli: peccant enim filij diaboli, non peccant filij Dei: Dei inquam filij, vel secundum præsentem iustitiam, vel secundum æternam prædestinationem. Probabile est enim prædesti-  
nationis argumentum, quod quis diu à crimi-  
nibus abstineat: vt contrà reprobationis, quod diu in sceleribus suis permaneat. Pulchrè Aug. Tract. 5.  
in hunc locum. Dilectio, inquit, sola discernit paulò an  
inter filios Dei & filios diaboli. Signent se om-  
nes signo crucis Christi, respondeant omnes  
Amen, cantent omnes Alleluya, baptizentur  
omnes, intrent omnes Ecclesias, faciant parie-  
tes basilicarum: non discernuntur filij Dei à fi-  
lij diaboli nisi in charitate. Qui habent chari-  
tatem, nati sunt ex Deo: qui non, non sunt nati  
ex Deo.

K 4 ex Deo.

ex Deo. Quicquid vis habe, hoc solum non habeas, nihil tibi prodest. Alia si non habeas, hoc habe: & implesti legem.

*Omnis qui nō est iustus, iustus in vita sua scilicet, non est ex Deo, id est, qui iuste non viuit, non est filius Dei per spiritum adoptionis. Et qui non diligit fratrem suum. Vacula &c, idem valet, quod id est. Ille, inquit, non est iustus qui non diligit fratrem suum. Quoniam hæc est annuntiatio, ut diligatis alterutrum: nō sicut Cain, qui ex maligno erat. Exéplo valde illustri declarat quod dicit, Diligite, inquit, alterutrum, nec imitemini Cain, qui fuit diaboli filius: is enim per antonomasiā malignus dicitur: & eiusdem diaboli patris sui instinctu occidit fratrem suum, Abel. Et propter quid occidit eum? Quoniam opera eius, Cain videlicet, maligna erant, fratris autem eius Abel iusta, id est, ex zelo & inuidia occidit eum, quia inuidebat ei gloriam quam ex bonis operibus habebat.*

*Genes. 4. bat. Vt enim habet scriptura: Iratus est Cain Hiero. in vehementer, & concidit vultus eius, proptereà traditio- quod respexit dominus ad munera Abel, ad nibus su- per Gene sua autem non respexit. Vnde scire poterat simi.*

Cain quod fratris eius munera suscepisset De°, & sua repudiasset, nisi illa interpretatio vera es- set, quam Theodotio posuit: Et inflammatum dominus super Abel & super sacrificium eius; super Cain verò & sacrificium eius nō inflam- mavit? Ignem autem ad sacrificium deuoran- dum

dum solitum venire & in libro Iudicum legi- Iud. 6.  
mus, & in dedicatione tépli sub Salomone, &c 2 Paral. 7.  
quando Helias in monte Carmelo construxit 3. Reg. 18  
altare. Valde autem conuenienter hoc exem-  
plum inducit Ioannes, quia agit de ea fratribus  
dilectione, qua ad hoc diligitur, vt benè viuat,  
& ad vitam perueniat æternam: de eo itē odio,  
quo quis odio habetur, quia benè viuit, & pec-  
catatis aduersatur: quod sanè diabolicum planè  
est odium, quo is ab initio hominē deiecit, non  
vt ipse staret, sed ne solus prauus & miser esset.  
Animaduertant ergo istud scelerati qui iustis  
honorem inuidēt, & alienæ salutis amatores ac  
zelatores odio persequuntur. Hi enim princi-  
pes sunt filiorum Cain & diaboli primas in ge-  
henna partes cum illis accepturi.

*Nolite mirari, si odit vos mundus, &c. Cum vi-  
deatis ab initio mundi iustos fuisse semper  
propter iustitiā exos, non est quodd miremini  
tanquam de re noua, si & vos Christianos per  
Christum iuste viuentes, mundus, hoc est, im-  
pij homines odio habeat. Diligenter autem &  
à Christo in Euangelio, & à B. Petro in priore Matt. 24.  
sua epistola, & à Ioanne hoc loco, & alibi sepius 1. Petr. 4.  
admonemur in scriptura sacra, ne admiremur  
quod tantopere nos impij oderint, & infecten-  
tur. Etenim verè pīj iam à Deo illuminati, &  
solida æternaque bona clarè intelligētes, suprà  
modum admirantur posse illa quenquā ob hęc  
cadu-*

caduca & falsa bona contemnere , atque adeò odisse. At rursus dum cogitant veterē esse hanc cæcitatē & humano generi innatam, ac per ineffabilem Dei gratiam ab ea se liberatos esse, mirari desinunt. Sic miramur quoties videmus quempiam, quem cæcum esse nō meminimus, media in luce manu tentātem viam, nec inuenientem: sed mirari desinimus, ubi in mentem venerit, iam olim eum cœcum fuisse.

Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam. Multiplicem mortem atque vitam in scriptura inuenimus : est enim quedā vita corporis, quam habet corpus ab anima, qua recente vivere desinit, ac moritur. Hęc est prima mors corporis. Est & mors corporis secunda, in stagno ardenti igne & sulphure, ut ait Ioannes in Apocalypsi :

qua corpus sentit quidem & viuit per animā, sed in summo ac perpetuo cruciatu. Hęc mors non omnem sensum & vitam tollit, sed delectabilem atque iucundam.

Pręter eam animę vitam quam non amittit à qua immortalis anima dicitur, inuenitur duplex vita animę, prioris perfectiua. Priore est iusta atque sancta operatio, de qua Petrus, Pec-

Rom. 6. catis mortui, iustitię viuamus. Et Paulus : In nouitate vitę ambulemus. Posterior, quę alteram consequitur est tranquillitas & pax conscientię, siue eius gaudium. De qua Apostolus :

Rom. 8. Prudentia spiritus vita & pax, id est, sapientia spiri-

spiritualis adfert pacem conscientię cum Deo. Deus autem dicitur vita animę, quia vtranque hanc animę vitam efficit ; vt anima corporis vira, quia corpus viuiscat. Duplex similiter inuenitur animę mors. Vna quę peccatum est, de qua ait Apostol⁹: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Et iterum: Cum mortui essetis in delictis, & præputio carnis vestræ, id est, peccato originali. Et: Vidua in delitijs viuēs, mortua est. Et: Emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruendum Deo viuenti. Et: Vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, vt qui viuunt iam non sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit. Altera mors animę, est eterna eius condemnatio, vermis corrodens conscientiam, de qua Apostolus: Sapientia carnis mors est, id est, mortem adfert. Rom. 8. Et Esaias: Impij quasi mare feruēs, quod quiete non potest, & redundant fluctus eius in conculationem & lutum. Non est pax impij dicit dominus Deus. Sapiens autē per mortem animę scriptura iniquitatem intelligit; & idem significat nomine lucis ac tenebrarum, somni ac vigilię, quod morte & vita animę. Vigilia autem & somnus, lux & tenebræ manifestè iustitiam & iniustitiam designant : & à morte iniustitiae dicitur in scripturis prima resurrectio, quę in anima sit, dum iustificatur, de qua

Aposto-

<sup>1. Tim. 5.</sup>  
<sup>Hebr 9.</sup>  
<sup>1. Cor 5.</sup>

## IN I. EPIST. IOANNIS

- Colof.3. Apostolus: Si consurrexitis cum Christo , quæ sursum sunt, quærite. Sic August. in epistola ad Euodiū: Mors animæ (inquit) duabus de causis intelligi potest. vel peccatum, vel punitio damnationis. Similiter lib. 12. de ciuitate Dei docet animæ mortem damnationē esse qua sine corpore punitur. Cæterum ut scriptura sacra, ita & August. longè frequentius per mortem animæ iniustiam intelligit: vnde lib. 4. de Trinitate: Nos certè ait, quod nemo Christianus amabit, & anima & corpore mortui sumus: anima propter peccatum, corpore propter peccatum peccati. Et paulo post: Mors animæ impietas est. Et aliquantò inferius: Anima iam pia quæ fuit impia, propter iniustiam fidei dicitur ex morte reuixisse atque vivere. Sic 13. de ciuitate Dei: Vivit, inquit, anima ex Deo, cum vivit bene. Eadem habet lib. 20. de ciuitate Dei cap. 6. ubi explicat quid sit prima resurrectio. Similiter in Enchiridio ca. 55. 92. & 93. Et Ambrosius in illud Psal. 118. Aequitas testimonia tua in æternum. Si petisset, inquit, Adam, sicut petit Salomon, nequaquam in illos inextricabiles erroris laqueos incidisset, quibus omnis eius hereditas strangulatur: ideoque mortuus est, & quod grauius est morte peccati, quia ante usurpauit scire, quām intellectum quo vivificaretur, acciperet. Augustinum secutus Fulgentius, docet in principio lib. 1. ad Monimum, mortem

## CAPUT II.

71

mortem animæ esse peccatum siue originale, siue actuale, & hanc nullo modo Deo authori posse attribui, ut rectè illi mors corporis & mors secunda in inferno adscribitur. Hoc vero obseruandum est, per mortem animæ à qua ipsa dicitur mortua, non simpliciter designari absentiam Dei ab anima, quemadmodum per corporis mortem à qua corpus mortuum dicitur, animæ significatur absentia: non enim mortua dicitur anima correspondenter ad corpus, quod post mortem omni caret operatione: Sed sicut corpus post resurrectionem dicetur mortuum, non quia carebit omni vita, sed quia vitam habebit miserabilis: sic anima cum nūquam omni caret vita, vel operatione dicitur mortua quia operatio eius prava est & iniusta, vel ærumnosa & misera. His præmissis clara iam sunt Ioannis verba. Nos scimus per fidem, quod Christiani, de quorum numero nos esse confidimus, translati sint de morte impietatis ad vitam iustitiae, de morte damnantis conscientiae, ad vitam pacatae cù Deo conscientiae. Quoniam diligimus fratres, id est, quia ipsa fraterna dilectionis pietas est, & parit gaudium conscientiae, & pacem cum Deo. Vigilanter autem dicit Ioannes translatos nos esse de morte ad vitam, quia videlicet non nostris viribus, sed Deo per meram gratiam nos transferente, eripimur de potestate tenebrarum, mortem in nobis operante, & dum

cimur ad regnum vitam nobis donatis Christi.

**Colos. 1.** Sic & Paulus: Traxit nos, inquit, de potestate tenebrarum in regnum filii sui dilecti. Est autem

**Exod. 14.** allusio ad translationem Israëlis, qui de Aegypto per mare rubrum in valida manu eductus est. Porò sic traxit sumus de morte ad vitam, ut quotidie magis ac magis à Christo ferendi sumus, donec de corpore mortis huius libemur. Nunquam enim in hac vita perfecta est nostra iustitia, sed semper prava aliquid concupiscentiae sive mortis relinquitur, & inquietum est cor nostrum donec in Deo viso requiescat. Ideoque semper resurgere debet anima à morte sua & vivificari, iuxta quod orat

**Psal. 118.** Psalmista: Adhæsit paumento anima mea, vivifica me secundum verbum tuum. Terrenis Aug co- c. o. o. in enim adhærente (qua per paumentū designantur) mors animæ est, cui malo contraria posciuntur vita, cum dicitur, vivifica me. Intelligere enim debet us quantumlibet quisq; proficiat in iustificationibus domini, habere eum mortalis carnis affectum circa ista terrena, in quibus vita humana rētatio est super terram, & ab hac morte si perseveranter proficit, quotidie reuiuiscere, vivificante illo, cuius gratia homo

**Iob 7.** **2. Cor. 4.** noster interior renouatur de die in diem. Spe autem traxit sumus ad æternam fœlicitatem & vitam illam quæ tribuetur in resurrectione: vita enim animæ quam nunc habemus, radix est il-

est illius gloria. Redeat, inquit Augustinus, quisq; ad cor suum, si ibi inuenierit charitatem fraternalm, securus sit, quia transiit à morte ad vitam. Iam in dextera est, Non attendat quia modò gloria eius occulta est, cum venerit dominus, tunc apparebit gloria eius: Viget enim, sed adhuc in hyeme: viget radix, sed quasi aridi sunt rami. Intus est medulla qua viget, intus sunt folia arborum, intus fructus, sed æstatem expectant.

*Qui non diligit, manet in morte, impietas & miseria conscientię, etiam si tanta sit eius cæcitas, vt conscientia illi tranquilla esse videatur. Idem enim quibusdam interdum euenit, quod freneticis, qui cum pessimè habent, & quam maximè insanunt, sanissimos ramen sapientissimos se esse sibi persuadeant. Notanter autem dicit manet, quemadmodum & Baptista in Euangeliō, Qui incredulus est, inquit filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum: quia omnes in morte animę & ira Dei nascimur, & naturaliter in eam recidimus, in eaque proficimus, donec per Christi gratiā fuerimus spiritu dilectionis perfusi, & in eo perseueremus. Manere igitur dicitur in morte qui fratre non diligit, quia ab ea corruptione & prauitate quæ in naturam versa est, poteri gratiæ brachio Dei non eripitur, non sanatur, non exaltatur. Queritur, an hęc Apostoli verba, Scimus quoniam*

Tract. 5.  
in hunc  
locum.

## IN I. EPIST. IOANNIS

niam translati sumus, &c. & qui nō diligit, &c.  
eriam in paruulis locum habeant. Responde-  
mus, certum esse ex scripturis, infantes omnes  
nasci per peccatum originale, iuxta animam  
mortuos, ut definit concilium Arauficanum,  
Cap. 1. & August.lib. 6. contra Iulianum, ac innume-  
ris alijs locis, & Fulgentius loco suprà citato  
ostendunt. Certum etiam est, transferri eos in  
baptismo per Christū ad vitam, quia renas-  
cuntur ex spiritu Christi, cuius eis gratia latenter  
infunditur, ut eleganter docet August.lib. 1. de  
peccat. meritis & remissione. Liberatur par-  
Aug. epi- uulorum arbitrium à diaboli potestate, quan-  
stola 107 quam hoc non appareat in eodem arbitrio li-  
ad Vitale berato, nisi cū ad annos venerint ratione vren-  
tis ætatis habentes doctrinæ in qua nutriti sunt  
consentientem voluntatem. Inferuntur in ba-  
tismo corpori Christi, & membra fiunt Eccle-  
sia. Membra autem se mutuo diligunt, con-  
gaudent in prosperis, compatiuntur in aduer-  
sis, tametsi naturale hoc desiderium, propter  
membrorum impedimenta, quandóque se non  
exerat. Manus ligata capiti vulnerando non  
succurrit, quis tamē facturam id nesciat, si non  
foret impedita? Ita paruulus iā baptizatus actu  
quidem expresso, nec Deum, nec fratrē diligit,  
impeditus defectu visus orationis, paratū tamē  
est cor eius timere Deum, & sperare in domi-  
no, ac fratribus succurrere. Benedixit (ait Da-  
uid)

## CAPVT III.

73

uid) omnibus qui timent dominū, pusillis cum Ioél. 2, 3.  
maioribus. Et Ioél Propheta iubet ad ieuniū  
congregari paruulos & fugentes vbera. Iubet  
eos rex Ninives vestiri saccis, & ieunare. Pro-  
sternuntur in libro Iudith infantes versus tem-  
plum: sperabat enim se etiam per paruulos ad-  
iuuados. Nec Deus eorum spem frustratus est,  
qui dixit ad Ionam, Non parcam ego ciuitati  
Niniue, in qua sunt plusquam viginti milia ho-  
minum, qui nesciūt quid sit inter dexteram &  
sinistram suam? Si tam impiæ ciuitati pepercit  
Deus cōtemplatione etiam infantium qui erāt  
adhuc in peccatis suis; quanto magis eos respi-  
cit, quos iam Spiritus sanctus inhabitat, ut pro-  
pter eos totietiam parcat communitatī? Et hoc  
sanè pacto iuuāt coram tribunali Dei Ecclesię  
corpus cuius membra sunt. Quid mirum si ba-  
ptizati infantes Dēum ac fratres diligere di-  
cātur, quos Christus prior adeò dilexit, ut pro  
eis miser infantulus esse, & vir factus mori etiā  
dignaretur: propter quos, cum raro indignatus  
legatur, refertur tamen ab Euangelistis nō pa-  
rum offensus fuisse Apostolis suis, quibus ira-  
tus fuisse alibi nusquam cōmemoratur? Infan-  
tium igitur causam & nos libēter suscipere de-  
bemus.

*Omnis qui odiit fratrem suum, homicida est. Con-*  
firmat quæ dixerat ex opposito. Dicit autem  
hoc Ioānes cōtra crassos Ebionitas, qui sectan-  
tes Scri-

Matt. 19.  
Marc. 10.  
Luc. 18.

IN I. EPIST. JOANNIS

Vide Autem Scribas & Phariseos praecepto illo, Non occides, humani corporis peremptione tatu prohibita existimabant. Docet ergo Ioannes sicut & dominus apud Matthaeum, omnem iniquum motum ad nocendum fratri, in homicidij genere deputatum: quemadmodum boni alicuius vel malii inchoatio ad idem pertinet genus, ad quod eius perfectio & consummatio: ut concupiscentia mulieris, & oculus impudicus, docere domino ad mœchiam pertinet. Imò Hieronymus ebrietatem ad idem genus pertinere docet. Nunquam, inquit, ego ebrium castum putabo, qui etsi vino consopitus dormierit, tamen potuit peccare si ei adesset occasio.

Rectè autem odium, quo quis fratrem odit propter iustitiam, vocat Ioannes homicidium: quia qui propter iustitiam odit fratrem suum, omnibus id modis agit, ut eum sibi similem efficiat, hoc est, moriatur in anima per iniustitiam. At si ille tam constans fuerit, ut iustitiam non derelinquat, mox initur consilium necis corporalis, aut saltem totis votis optatur: id quod ex complurium martyrum liquet historijs, item in vita Benedicti, & aliorum sanctorum. Est & altera huius nominis causa, quia videlicet qui fratrem sic odit, Cain homicidam imitatur. Imò sicut Christus Iudeus dicit, Qui odit fratrem suum propter iustitiam, cupit impleri desideria patris sui, nempe diaboli, qui homicida erat ab initio.

In 1 cap.  
epist ad  
Titum.

Ioan. 8.

C A P V T III. 74

initio. Clarum autem est omnem qui homicidam in homicidio adiuuat, esse etiam homicidam.

Et scitis quoniam omnis homicida, non habet vitam eternam in se manentem. Tenetis, inquit, ex mea doctrina, quod omnis homicida, etiam ille qui corporaliter neminem occidit, non habeat vitam eternam in se manentem; mortuus est enim per iniustitiam & propriæ conscientiæ condemnationem. Iusti autem habent in se vitam eternam, quia habent Dei cognitionem, iustitiae dilectionem, & pacem conscientiæ, in quibus æterna vita consistit. Nam hæc per mortem non auferentur, sed perficietur in futuro seculo, & durabunt in eternum. Magna certè dignitas iustorum, qui iam in seipsis habent vitam eternam. Vnde Christus in Evangelio de Magdalena, loquens: Optime, inquit, Luc. 10. partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

In hoc cognovimus charitatem Dei, quoniam ille, animam suam pro nobis posuit. Hortatur ad mutuam charitatem Christi exemplo, qui summos charitatem dilexit. Ut & Christus ipse in Evangelio: Hoc est, inquit, præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Sesus est: Hoc argumento nos Christiani cognoscimus charitatem Dei qua nos amplectitur, quod ille Deus pro nobis à peccato & aeterna morte liberandis, animam suam posuerit, hoc est, voluntariè omnino mortuus sit, & vivere desierat, an-

Iean. 15.

L. 2 rit, ani-

IN I. EPIST. IOANNIS

rit, animam suam à corpore diuellens, quem-  
Ioa. x. admodum & ipse testatur in Euágelio: Nemo  
tollit animam meam à me, sed ego pono eam à  
Aug. li. 4. meipso. Rectè autem animam suam Chri-  
de Irini. stus ponere dicitur, demonstrauit enim spiritus  
cap. 13. mediatoris, quām nullā pœnā peccati vñque ad  
mortem carnis accesserit, quia nō eam deseruit  
inuitus, sed quia voluit, quādo voluit, quo mo-  
do voluit. Quippe Dei verbo ad vñitatem per-  
sonæ coniuncta est humana natura. Hinc ait:  
Ioa. 10. Potestatem habeo ponendi animam meam, &  
potestatem habeo iterum sumédi eam. Et hoc  
maximè mirati sunt, sicut Euangelium loqui-  
tur, qui præsentes erant, cum post magnam il-  
Matt. 27 lam vocem continuò tradidit spiritum. Longa  
enim morte cruciabantur ligno suspensi: vnde  
latronibus vt iam moreretur, & de ligno ante  
Ioan. 19. sabbatum deponerentur, crura confracta sunt.  
Ille autem quia mortuus inuentus est, miraculo  
fuit. Hoc etiam Pilatum legimus fuisse mi-  
ratum, cum ab ipso sepeliendum corpus domini  
peteretur. Hæc August. Martyres autem  
animas suas ponere dicuntur, quia & ipsi vó-  
luntariè moriuntur, sed hactenus tantum, quia  
si iustitiam relinquere vellent & Christum ne-  
gare, non occiderentur. *Et nos debemus pro fra-  
tribus animas ponere.* Exemplo Christi debemus  
& nos, quoties id fratum æterna salus postu-  
lat, voluntariè pro eis mori: eo enim casu salu-  
tem

C A P V T . III. 75

tem eorum temporali huic vitæ nostræ, quam  
illa neglecta aliquanto fortasse diutius eramus  
retenturi, præponere debemus. Nā, vt ait Au-  
gustinus, Amplius anima proximi, quām cor-  
pus nostrum diligendum est. Hæb. huius cha-  
ritatis exemplum apud Eusebium historiæ ec-  
cles. lib. 7. cap. 20. vbi ait, sanctos quāplurimos,  
dum infirmis peste laborantibus succurrunt ac  
ministrant, contagione mali extintos esse. Sic  
in libris Machabæorum, Eleazarus quidam vir Lib. 1. Ma  
admodum grandæus satius habet mori, quām chab. c. 6  
porcinæ carnis vñsum vel simulare: ne videli-  
cet eius exemplo fratres scandalizarentur: Si-  
militer & sanctus Ioannes Baptista, & B. Lam-  
bertus certam necem adire maluerunt, quām à  
correptione fratum abstinere. Sanctus deniq;  
Sebastianus & Vitalis, dum martyres qui iam  
defecturi videbantur, audent in fide confor-  
tare, animas etiam suas posuere. Ad eximiam  
hanc charitatem obligatur pastores ex officio  
suo; vt aiebat dominus primo pastori: Sequere  
me, moriendo videlicet in cruce pro ouibus Ioan. 21.  
meis, quem admodum & ego pro eis mortuus  
sum. Officium autem suum impleuit B. Petrus,  
scut & cæteri Apostoli, Episcopi, alij que Chri-  
stiani innumerabiles, dum alios ad salutem ad-  
ducere studētes, occidi maluerunt, quām à pio  
illo officio abstinere. Quomodo autem pasto-  
res animas pro subditis ponere debeant, latius

## IN I. EPIST. IOANNIS

Epis.180 est ab August. tractatum in epist. ad Honora-tum. Cæteri verò Christiani habere debent eam charitatem in animi preparatione, seu pa-rati esse ad mortem pro fratribus subeundam, cum necesse id fuerit ac diligenter dominum deprecari, vt aut tam fortes eos in dilectione faciat, vt ausint pro fratribus mori, aut huius-modi tentationem & casum quo mori pro fra-tribus oporteat, euenire non patiatur. Sic Chri-stus Petrus adhuc infirmo, cui dixerat: Non po-tes me modo sequi, præcepit vigilare & orare, ne intraret in temptationem. Magna enim mis-ericordia multis parcitur, vt temptatione non in-terrogentur, vt non tententur suprà id quod ferre possunt. Dicet fortè aliquis (ait August. super hunc locum) & quomodo possum habere ista charitatē? Noli cito de te desperare, fortè na-ra est, sed nondum perfecta est; nutri eam ne suffocetur. Et vnde inquis, noui natam in me charitatem esse quam nutriam? audi sequentia: Qui habuerit substantiam huius mundi, & vi-derit fratrem suum, etc. Ecce vnde incipit cha-ritas. Si nōdum es idoneus mori pro fratre, jam idoneus esto dare de tuis facultatibus fratri. Quid autem efficiat verus Dei amor, vñque colligere licet, ex his qui pecuniā vel amicam carnaliter amant, quantos enim hilabores & molestias subeunt? quām lassantur, quāmq; ar-denti seipso amore conficiunt, quid nō captat conſi-

Ioan.13.  
Matt.26  
Aug. de San. virg.  
Cap.47.  
Tract.5.

## CAPUT III.

76

confilij, quid non tentant & aggrediuntur, vt opratis votis tandem aliquando potiantur? Vi-demus eos nonnunquam ex amoris magnitu-dine varios morbos incurrire, atq; adeò in fu-rorem & amentiam conuerti. Vnde monet scriptura vt sapientiam queramus velut pecu-niam: & iustitiae seruamus, quemadmodū ser-viūimus aliquando iniquitati. Videbat enim Spiritus sanctus filios huius seculi ardentiū quærere aurum & argentum, ac sordidas vo-luptates, quām lucis filii iustitiam, verásque diuinitias ac voluptates.

Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum nec ostendat eam habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Si quis, inquit, habens externas diuitias norit quēpiam fratrum suorum penuriam pati, nec tamē eius misereatur necessitati eius succurrent, nullo pacto existimandum est, habere illum in se dilectionem Dei. Quomodo enim Deum diligat qui in eius gratiam fratri suo ac Dei filio, ex-ternis istis bonis subuenire recusat? Non habet huiusmodi homo vel initium dilectionis, quam procul ergo adhuc abest ab ea charitate vt animam suā pro fratribus ponat? Notanter autem adiicit Ioannes illud (& viderit fratrem suum necessitatem habere). Solent enim auari diui-tes se excusare quod pauperes non norint, quodque sciant qui cleemosyna digni sint, nec

L 4 obli-

Prouer.2  
Rom.6.  
Luc.16.

**IN I. EPIST. IOANNIS**

obligatos se esse ad eos quærendos. Quádo igitur apertè sciunt in particulari , hunc fratrem egere,huiusmodi causationibus vti nō possunt, sed palam conuincuntur Deum non diligere, si fratri non subueniant . Ideoque Christus apud

**Luc.16.** Lucam inexcusabilem immissericordiā describens , inducit Lazarum ad ianuam diuitis iacentem,vlceribus plenum, petentem micas ab eius mensa decidentes:& tam frequēter ad foras ipsius iacentem,vt & canibus iam notus es- set,nec ei oblatrarent. Cæterum iam dicta ex- cussatio , tametsi auaris admodū videatur iusta & idonea, vana est tamen ac prorsus nulla . Vt

**Marc.14** enim ait Christus: Séper pauperes habetis vo- bismus,& cum volueritis,potestis illis benefac- cere . Abundè multi passim obuij sunt paupe- res etiam eleemosyna digni , sed avaritia clau- dit oculos,vt putentur non esse quibus subue- niatur:Et sanè qui habent superflua , querere deberent quibus diuitias suas donarent : tene- tur enim quisque dona sibi à Deo cōcessa rectè expendere & dispensare . Hinc pater fidei no-

**Genes.18** stræ Abrahā sedebat in tentorij sui ostio hospi- tes prætereuntes expectans , & eminus adhuc conspectos,properat in eorum occursum , ro-

**Gene.19** gātque vt ad se deflectere dignentur :sic Loth hospites suos ad se diuertere coegit . Et Tobias quæri iubebat eos qui verè Deum timerent,vt secum epularetur . Si charitatis istorū essemus parti-

**C A P V T III.**

77

participes , clarè videremus friuolam esse om- nem suprà dictam excusationem.

Viscera propriè sunt omnia interiora:& quia affectus, amor, odium, dolor, gaudium in his residere putantur,hinc ipsi affectus viscera di- cuntur,hoc autem loco pro amore & miseri- cordia ponuntur. Pulchrè autem dicit,clause- rit viscera sua:quia amor & misericordia dilata- tant cor,& quodammodo aperiunt thesaurum hominis, vt inde proferatur quod proximo detur. Auarus claudit viscera,quia timore ino- piæ cōstringitur cor eius, vt nihil inde proxi- mo proferatur.Claudit viscera sua,quia natu- raliter homo compatitur homini, naturaliter miseretur misero: Auarus autem violentiam naturæ facit,vt non subueniat proximo: Ideo- que cum labore claudit viscera sua. His paucu- lis verbis attingit Ioannes Apostolus duas ra- dices ac fontes ex quibus nascitur obligatio ad faciendum eleemosynam.Prior est substantia huius mundi, hoc est, diuitiæ. Posterior ne- cessitas fratris:quæ quantò maior est,tanto est & maior obligatio ad dandam eleemosynam. Vnde extrema necessitas omnes omnino etiā pauperes obligat ad eleemosynam. Necessitas extrema huic propinqua obligat etiā medio- cris fortunæ homines . Arcta necessitas, eos obligat quibus bene prospectū est, etiam si su- perfluum non habeant . Similiter quanto ma- iores

IN I. EPIST. IOANNIS

iores sunt diuitiae, tanto ex hac parte maior est obligatio. Vnde superfluum habentes omnino tenentur hoc elargiri: Multum habentes multum debent dare: Modicum habentes, modicū, ut filium suum docebat Tobias. Quando vero neglectus corporalis eleemosynæ mortale sit peccatum non potest omnino in particulari decerni, sed relinquitur hoc spirituali prudentiae determinadū: qua de re consule quæ scripsimus

Tob.4.

Cap.8.in in secundā Decalogi tabulā. Est autē diligēter 4.præce. annotandū, raro esse qui tam crebras dēt eleemosynas, quā facere deberēt: Idq; ex eo, quod ob luxū nostrū multa reputam⁹ necessaria, quæ sunt superflua, & ex amore humanæ gloriæ malum in dispensandis bonis nostris corā mundo esse ciuiles, quam coram Deo misericordes. Nam vt ait August. humana natura modico contenta est: sed cōsuetudo multa addidit, voluntas atque voluptas plura copulauit. Si quis Deum perfectè diligeret, si carnalibus desiderijs omnino renunciarer, multa refecaret superflua, quæ modo tenet quasi necessaria. Vnde seruus Dei vt voluntatem atque appetitum carnis possit reprimere, semper ad minus tendit in alimentis, vestimentis & alijs necessarijs. Quam largas autem eleemosynas erogare soleat monasteria, docet August.lib. de moribus Ecclesiæ Catholicæ, capite 31. 32. & 33. Quomodo vero ditium monasteriorum bona sint nunc

C A P V T III.

78

nūc dispensanda, optimè docet reformatio per Carolum Quintum anno quadragesimo octauo Auguste proposita, & à statibus imperij recepta, ac eodem anno in synodo Leodiensi per Episcopum & omnes illius dioecesis prælatos confirmata.

Filioli mei non diligamus verbo neque lingua tantum: sed opere & veritate. Opere diligimus proximum, quando ei eleemosynam porrigitus: veritate dum in hac beneficentia non respiciimus ad nostrum commodum vel gloriam, sed tantum ad proximi bonum & utilitatem. Verbo opponit Ioānes opus. Lingue, opponit veritatem. Qui verbo tantum diligit, apertus est dilectionis simulator. Qui autem opere subuenit, sed ad proprium comitodium respiciens, lingua quidem dicit se diligere, at hypocrisis eius ab hominibus conuinci non potest, sed corā Deo in veritate nō diligit. Prō dolor, nimis frequēs est verbalis charitas, nimis frequens est ficta charitas. Beatus Ioannes cum Ephesi moratur usque ad ultimam senectutem & vix inter discipulorum manus ad ecclesiam deferretur, nec posset in plura vocem verba cōtexere, nihil aliud per singulas solebat proferre collectas, nisi hoc, Filioli diligite alterutru. Tandē discipuli & fratres qui aderant tædio affecti, quod eadem semper audirent, dixerunt: Magister, Quare semper hoc loqueris? qui respondit

Hiero. in  
c.6.epist.  
ad Galat.

mus, non certum. Nam Paulus benè sibi conscientius nōn audebat certò iudicare fidem se esse 1. Cor. 4. dispēsatorem: sicut latius ostensum est in Sym- Cap. 84. boli explicatione. Oecumenius illud, in hoc, refert ad præcedentia, hoc sensu. Per hoc quod opere & veritate fratres diligimus, cognoscimus ex veritate nos esse, & per hoc conscientiam nostram coram Deo tranquillam redde- mus, vt confidat quod damnationem in die iudi- cij sit euasura. Ex veritate esse dicitur, qui ex Deo est qui ipsa est veritas, vnde Christus: Ego, inquit, sum veritas. Pia enim vita similitudo quædam est æternæ veritatis. Quemadmodum enim hæc nihil nobis pollicetur, quod non etiā præster fidelis & verax in omnibus verbis suis: sic & pia vita verè id præstat quod per eā quæ- rimus, nempe beatitudinem. Contrà, qui male vivit, beatitudinem etiam quærit per vitam suam, sed non inuenit: ideoque mendax est vi- ta eius, & ipse rectè ex diabolo esse dicitur, pa- tre omnis mendacij. Cum enim vivit homo se- cundum hominem, non secundum Deum, si- milis est diabolo: quia nec angelo secundum an- gelum, sed secundum Deum vivendum fuit, vt staret in veritate, & veritatem de illius, non de suo mendacium loqueretur. Nam & de homi- ne ait Apostolus: Si veritas Dei in meo men- dacio abundauit, meum dixit mendacium, ve- ritatem Dei. Cum itaq; vivit homo secundum Rom. 3. scip-

- IN I. EPIST. IO ANNIS  
dit dignam Ioanne sententiam, Quia præceptū Domini est, & si solum fiat, sufficit. Hoc ideo referimus, quia Apostolus Ioannes in hac epistola toties inculcat mutuam dilectionem, vt & dominus in eius euangelio.  
*Ioan. 13.*  
& 14. In hoc cognouimus: &c. illud in hoc, refert Augustinus ad sequentia, In cōspectu eius, &c. vt sit sensus: Per hoc, quod coram Deo vbi ipse solus videt, hoc est, in conscientia nostra per- suademus cordibus nostris, siue nobis ipsis, ex sola nos fratribus dilectione illi succurrere, non propter nostrum coīmodum: per hoc inquā, cognoscimus nos esse ex veritate. Clarior autē erit expositio Augustini, si verba Ioannis alio ordine ponamus, & sic legamus: Diligamus opere & veritate & persuadeamus conscientijs nostris corā Deo, quōd verē fratres diligamus: & per hanc conscientiā persuasionem cognoscemus nos esse ex veritate. Similis lo-  
*2. Cor. x.* cus est ad Corinthios: Gloria nostra hēc est, te- stimoniū conscientiā nostrā, quod in simplicitate cordis & sinceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conuersati sumus in hoc mūdo. Et ad Galathas: Opus suum probet vnuſquisque, & in semetipso tantū gloriam habebit, & non in altero: Testimonium autem conscientiā quo ea nobis testatur, quōd proximi tantum salutem, non autem nos ipsos qua- ramus, probable est signum quōd ex Deo si- mus,
- Galat. 6.*

*Ioan. 8.*  
Aug. 14.  
de ciuit.  
Dei ca 4.

## IN I. EPIST. IOANNIS

seipsum,id est,secundum hominem,nō secundum Deum , profectò secundum mendacium viuit:quia homo ita factus est rectus, vt nō secundum seipsum, sed secundum Deum viueret:non autem ita viueret,quemadmodum est factus vt viueret,hoc est mendacium . Beatus quippe vult esse,etiam non sic viuendo,vt possit esse.Quid est hac volūtate mendacius?Vnde non frustrā dici potest,omne peccatū esse mendacium:non enim sit peccatum nisi ea voluntate,qua volumus,vt benè sit nobis ; vel nolumus, vt malè sit nobis . Ergo mendacium est, quod cū fiat,vt benè sit nobis,hinc potius male est nobis:vel cū fiat vt melius sit nobis , hinc potius peius est nobis.Vnde hoc ? nisi quia de Deo potest benè esse homini , quem deliquerdo deserit ; non de seipso,secundum quem viuedo deliquerit? Posset quoque hoc loco nomen,veritas,designare veracitatem Dei in promissionibus,vt ad Romanos : Dico Christum Iesum ministrum fuisse circuncisionis , propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum. Iuxta quam interpretationem ex veritate esse dicentur , qui quemadmodum loquitur Paulus,promissionis sunt filij, qui promissi sunt Abrahæ,quando dictum est ei: In semine tuo benedicentur omnes gentes,id est,qui predestinati sunt ad vitam æternam . De quibus rectè B. August.intelligit etiam illud Ioan. 19.

Omnis

Rom.15

Rom.9.

Gen.22.

## C A P V T III.

80

Omnis qui est ex veritate,audit vocem meam, vbi & scitè annotat,nō dixisse dominum,Omnis qui audit vocem meā,est ex veritate(quoniam hoc verum sit)sed contrà, Omnis qui est ex veritate,audit vocem meam. Agebat enim ibi Christus de regno suo , & propterea dicebat se venisse in hunc mundum, vt veracē Dei promissionem opere cōpleret, ac idoneos sibi faceret super quos regnaret.Filium autem esse promissionis , causa est cur aliquis credit in Christum,& ei tanquam regi obediāt,nō contrā,fides & obediētia causa est cur simus Abrahæ promissi,sed vt docet hoc loco Ioānes,opere & veritate diligere , signū est quod simus promissionis filii,sive ex veritate,iuxta illud Ioannis Baptiste in Euangeli:Qui accipit Christi testimoniū,signauit , quia Deus verax est,id est, expressè significat in sui saluatione , quod verax sit Deus,implens & perficiens quod Abrahæ omnium gentium patri promiserat.Impletio enim promissionis,evidens signum est promissionem esse veracem . Contrà,dicit Ioānes cap.vltimo:Qui non credit filio, mēdaciēt facit Deum.

*Quoniam si reprehenderit nos cor nostrum , &c.*  
Ideò,inquit,sic agamus cum proximo, vt conscientiæ nostræ persuadere possimus, quod verè eum diligimus : quia si nos cor nostrum condemnet , tanquam simulantes dilectionem frater-

Ioan.3.

## IN I. EPIST. IOANNIS

fraternā, certè ea simulatio & peruersitas non latet conscientiam nostram, quamuis pusillam & pauca scientem: nedum Deum ipsum, quia, *Maior est Deus corde nostro*, vt pote vbiq; præsens & omnia penetrans, ac proinde omnia noſcēs.

*Charissimiſi cor noſtri nō reprebenderit nos, id eſt, si non condennat nos propria conscientia, si dicitat quod fratres verè diligamus si conſciū nobis ſumus quod ſincere in omnibus benè velimmoſ conuertari, ſi in ſpſa oratione, cum dici-*

Vide Au  
gust. in fi  
ne lib. de  
perfec.  
iustitiae.  
mus, Adueniat regnum tuum, fiat voluntas tua, dimittimus debitoribus nostris, cor non reprehendat nos, tanquam mentientes & nolentes venire regnum Dei, & fieri voluntatem eius, & nolentes dimittere proximis: Si (inquā) cor non reprehendat nos, *Fiduciam habemus ad Deum*. Magna cum ſpe audemus ad Deum accedere, & ab eo quipiam petere. At hypocrita qui ſe nouit velle adhuc Deo aduersari, nullam habet fiduciam ſeu libertatem Deum ad eundi, vt pote quem non amat. *Et quicquid petierimus à domino, accipiemus ab eo..* Explicat qualem fiduciam habeant apud Deum, qui bonam habent conscientiam. Confidunt enim ſe in omnibus petitionibus suis exaudiendos.

Sed obijcias: Qui occiderunt Apostolos putabant ſe obsequiū præſtare Deo, nec reprehendebant à corde ſuo, & tamen nulla erat eis apud Deum fiducia. Ad hoc respondēdum eſt, diffici-

## C A P V T III.

81

difficile admodum, aut nunquam fortasse contingere, vt qui iustos propter iustitiam perſequitur, & arbitratur ſe hoc modo obsequium præſtare Deo non ſic coram Deo hypocrita, multorum ſibi malorum cōſcius: quemadmodum Paulus de ſejpſo teſtatur, dicens zelo quidem diuinae legis perſequutum ſe Christianos: Galat. 1. ſed interim verſatum aliquando in deſiderijs Philip. 3. carniſ ſuæ, feciſſeque carniſ volūtatem: ac rurſum, ſeruiſſe ſeſe deſiderijs & volūptatiſbus va- Ephes. 2. rijs, in malitia & inuidia egifſe, alijs odibilem Tit. 2. fuifſe, & vicifim alios odifſe. Apoſtolus autem Ioannes hoc loco de ijs ſollicitus eſt, qui verè credunt, ac Deo ſedulo placere ſtudēt. Hi enim ſi à corde ſuo non reprehenduntur, magnam habent apud dominum fiduciam, & ab eo illuminantur, & ſi quid interdū ex ignorantia pec- cent, facile apud eundem excuſantur. Sed qui fidem relinquent, vel negligentes ſunt discipli- na, blandiri ſibi hac ſententia non poſſunt, ſunt enim frequēter in aliquo criminē, licet hoc ipſi non reputent. Denique etiam ſic intelligere li- cet ſententiam Ioannis: quod non condennat eos propria conſciētia, qui fiduciā habeāt apud Deum, ex ea ſaltem parte, quod contra con- ſcientiam non agant, iuxta illud ad Rom. Bea- Rōm. 14. tus qui nō iudicat ſemetipſum in eo quod pro- bat. Similiter & Christus loquitur: Misericor- des misericordiam conſequentur, non vtique M signifi-

**IN I. EPIST. IOANNIS**

significans, misericordiam consequeturōs, sed misericordiam erga proximum, medium esse ad hoc necessarium, ut quis à Deo misericordiam obtineat. Notandum est & hoc, quod non doceat hic Ioannes, debere vnumquenq; Christianorum certò statuere, impetraturum sese quicquid petierit, sed ostendit cuius rei fiduciam & spem habeant sancti bona conscientia prædicti. Certa quidem est doctrina, quod voluntatem timentium se faciet dominus, & deprecationes eorū exaudit, sed iuxta certum est & illud Sapientis: Qui auerterit aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Et illud Iacobi: Petitis, & non accipitis, eo quod malè petitis, ut in concupiscentiis vestris insinuatis. Ex conscientiæ autem testimonio rectè quidem speramus nos facere Dei mandata, sed ob cordis nostri inscrutabilitatē certi esse non possumus. Et illud animaduertendum, non reprehendi illum à corde suo, qui dat operam, ut magis magisque proficiat, & multa interim leuiora committit peccata, quæ quotidie conatur minuere, quotidie veniam postulans, quemadmodum docet August. lib. de perfect. iustitiae. Sed nec is à corde suo reprehenditur, qui à sceleribus vita in melius commutata, discedit, ut in Enchiridio inquit August. Reprehendi enim à corde suo, est condemnari à sua conscientia, tanquam qui velit criminose adhuc vivere.

Existit

Psal. 144

Prou. 28.

Iac. 4.

Cap. 71.

**C A P V T III.**

82

Existit hic altera difficultas. Quomodo enim verum est, quod hic ait Ioannes, Quicquid petierimus, accipiemus ab eo, cū Apostolus Paulus qui mandata Dei seruauit, non impetraverit ut à se auferretur stimulus carnis, & pro multis Iudeis orauerit, qui non sunt ad Christianum conuersi. Ad hoc responderet August. hanc tract. in & similes scripturas, quicquid petieritis accipietis, de illis intelligi, quæ pertinent ad aternā salutem, & quæ ad eos qui petunt, propriè pertinent: nam de his quæ petuntur pro fratre, in fine huius epistolæ erit dicendi locus.

Quoniam mandata eius custodimus. Ideo, inquit, exaudiemur in omnibus petitionibus nostris, quia mādata eius seruamus, & facimus quæ placita sunt ei. Peccant igitur qui docent opera sanctorum Deo nō placere. Nam de iustorum operibus eodem hic sermone loquitur Ioánes, quo Christus de seipso, ubi ait: Ego quæ placi- Ioan. 8. ta sunt patri, facio semper. Pudeant qui docēt Deum solam fidem respicere, & eius tantum intuitu donare quæ pertinet fideles, ad opera autem iustorum nihil attendere: cum expresse hic dicat Apostolus, accipere nos quicquid petierimus, quia Dei mādata seruamus: quæ nam autem mādata intelligat, clarè explicat, subiiciens, fidem in mediatorem & illi charitatem erga proximum coniungens.

*Et hoc est mandatum eius, ut credamus in nomine*

M a filij

IN I. EPIST. JOANNIS

*filij eius. Credere in nomine filij, est credere in filium; vt cum dicitur, Sanctificetur nomen tuum, tu sanctificeris; & nisi timueris nomen eius teribile atque gloriosum, hoc est, dominū Deū tuū.* Recenser autē hoc loco Ioannes præcipuum fidei articulum, per quem solum inter önes fidei articulos homo lapsus reparatur & saluatur. Is autem est de mysterio incarnationis Christi, & omnium quæ in humana natura Christus in primo homine gesit.

*Sicut mandatum dedit nobis.* Explicat modum dilectionis. Mandauit enim Christus, vt diligamus nos inuicem, sicut ipse dilexit nos, hoc est, ad vitam æternam. Potest interim repetitio hic tantum intelligi, inculcans dilectionē esse præceptam.

*Et qui seruat mandatum eius, in illo manet, in Christo videlicet, tanquam in gubernatore & saluatore suo, sicut palmes in vite, & viuum membrum in capite. Et ipse in eo, id est, tanquam in templo ac domo sua, sicut vitis in palmito, vitalem ei & fructiferum succum suppeditans.*

*Et in hoc scimus, id est, per hoc cognoscimus, quoniam manet in nobis, inhabitans corda nostra tanquam templum suum, ex spiritu quem dedit nobis, ex dilectione fraterna quam inspirat nobis gratis donatus Spiritus sanctus. Si enim (vt ait August. in hunc locum) inuenieris te habere charitatem, habes spiritum Dei, & inhabitaris à tota*

Matt. 6

Deut. 28

Ioan. 13.  
& 15.

Tract. 6.

C A P V T III.

83

à tota Trinitate. Loquitur autem Ioannes (vt frequenter admonuimus) non de certa sciētia, sed de cognitione probabili tantum signo percepta: quo modo & Paulus ait: *Ipse spiritus testimoniū reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei.* Exponit etiam aliter hic locus, & verbis Ioannis satis consentaneè: vt Apostolus non intelligatur fraternalm dilectionem, signū dare, quod Deus in nobis maneat, sed ostendere quod Deus maneret in ipso & coapostolis eius, tanquam veracibus doctoribus: ex multiplici videlicet Spiritus operatione, & varijs charismatibus quæ in se Ioannes habebat. Erat enim consuetudinis Apostolicæ doctrinæ suæ veritatem varijs signis & miraculis comprobare. Sic Apostolus ad Romanos: *Non audeo (inquit) aliquid loqui eorum quæ per me non effecit Christus in obedientiam gentium, verbo & factis, in virtute signorum & prodigiiorum, in virtute Spiritus sancti.* Et ad Corinthios: *Sermo meus & prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis.* Et ad Hebr: *Doctrina confirmata est, contestante Deo signis & portentis, & varijs virtutibus, & Spiritus sancti distributionibus secundum suam voluntatem.* Sic in Actis Apostolorum ad Apostolicæ doctrinæ confirmationē crebro leguntur facta signa. Quin & Christus in Euangeliō doctrine Matt. p. Rom. 8. 1. Cor. 2. Hebr. 2.

M 3 suæ

**IN I. EPIST. IOANNIS**

suæ per miracula fidem adstant. Verum quia  
hæretici & magi ad errores suos confirmados,  
& ipsi signa interdum quædam aut faciunt aut  
facere videntur, & Spiritum sanctum habere  
se iactant; cuiusmodi in Actis fuisse legitur Si-  
mon Magus, & pseudoprophetæ & Antichristi  
multi in Euangelio exorituri dicuntur, hinc  
subiicit Ioannes quod sequitur cap. proximo.

Act. 8.  
Matt. 24

**IN CAPVT IIII.**

**N**olite omni spiritui credere. Nomé, spi-  
ritus, in scriptura non tantum de-  
signat Spiritum sanctum, sed & ope-  
rationem eius, nempe doctrinam,  
1. Cor. 14 reuelationem, miraculū, vt apud Apostolum:  
Spiritus prophetarum, Prophetis subiecti sunt,  
hoc est, mens, sententia, reuelatio, doctrina pro-  
phetarum talis est, vt ipse propheta posuit ta-  
1. Thes. 5 cere, et meliori locum dare. Et rursus: Spiritum  
nolite extinguere, prophetias nolite spernere:  
omnia autem probate, quod bonum est tenete.  
Sensus igitur Ioannis est: Nolite credere omni  
doctrinæ, quæ se iactat traditæ à Spiritu sancto:  
sive nolite cuius credere, qui doctrinam suam  
iactitat esse à Spiritu sancto, esse verbum Dei,  
esse Euangeliū, esse sacram scripturam. *Sed*  
*probate spiritus*, id est, discernite doctrinas, et ten-  
tare doctores, an verè sit ex deo eorum doctrina.

*Quo-*

**C A P V T IIII.**

84

Quoniam multi Pseudoprophetæ exierunt in mun-  
dum, id est: Sunt enim iam multi doctores in  
mundo, qui videtur esse repleti Spiritu sancto,  
& dicunt, hec dicit dominus, & verè non sunt Hiere. 23.  
Ezecl. 13. prophetæ missi à Deo, sed falsa docentes pseu-  
doprophetæ. Ut nomen Prophetæ pro sancto  
doctore ponitur, qui veram tradit doctrinam,  
quomodo vulgus Iudeorū & Moyses Christū Deut. 18.  
Matt. 24 Prophetā appellauit: ita contrà, pseudopro-  
phetæ vocantur qui falsa docent similitudinem  
aliquam cum veris doctoribus habentes ac pro-  
talibus se ingerentes. Sed quomodo iubet Io-  
annes christianis omnibus, vt probent spiritus  
an ex Deo sint, cum Apostolus ad Corinthios  
dicat discretionem spirituum peculiare quo- 1. Cor. 12.  
rundam esse donum, nec omnibus donatum?  
Respondendum est quod iuxta verba Ioannis  
Apostoli omnes christiani probent spiritus an  
ex Deo sint, dum illis credunt qui spirituum  
habent discretionem. Vnicuique enim dantur  
dona Spiritus S. ad utilitatē totius ecclesiae, sic  
oculus corporalis solus quidē, sed nō soli sibi vi-  
det. Quemadmodum igitur dum alia membra  
ductū oculorum sequuntur quodāmodo etiam  
ipsa per oculū vidēt: Ita dum ecclesia christia-  
na eos audit qui veram doctrinam nouerunt,  
& discretionem spirituum habent etiam ipsa  
spiritus discernere dicitur. Vnde Ioannes Apo-  
stolus sciēs sese præ illis ad quos scribebat habe-  
re hanc

M 4

IN I. EPIST. IOANNIS

re hanc discretionem spirituum, dat eis signum  
vt Apostolo credētes doctrinam discernerent.  
*In hoc, inquit, spiritus Dei cognoscitur. Omnis spiritus  
qui confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex Deo*

**Eccle. 6.** *est. Sic Ecclesiasticus: Fili si attenderis mihi, dis-  
cēs: & si accommodaueris animum tuum, sa-  
piens eris. Si inclinaueris aurem tuam, excipies  
doctrinam; & si dilexeris audire, sapiēs eris. In  
multitudine presbyterorum prudentium sta,  
& sapientiæ illorum ex corde coniungere: vt  
omnem narrationem Dei possis audire, & pro-  
verbia laudis non effugiant à te. Et si videris  
fensatum euigila ad eum, & gradus ostiorū il-  
lius exterat pes tuus. Vt autem credit quis-  
piam his qui spirituum habent discretionem, id  
siet, si in præceptis Dei, & in his quæ suæ sunt  
vocationis diligenter se exerceat: si gradum  
suum in Ecclesia agnoscat, & quæ ad nobilio-  
ra membra pertinent, sibi non arroget. Prote-*

**Psal. 17.** *Etor est enim Deus omnium humilium, ne à  
pseudoprophetis decipientur: vnde post supe-  
riora illa verba subdit Sapiens: Cogitatū tuum  
habe in præceptis Dei, et in mandatis illius ma-  
ximè assiduus esto, et ipse dabit tibi cor: & con-  
cupiscentia sapientiæ dabitur tibi. Scriptit ad-  
modum docte & latè Petrus à Soto, contrà  
Brentium stulte ex hoc loco Ioannis & simi-  
libus statuentem, omnes omnino Christianos  
debere sibi de qualibet doctrina iudicium ar-  
rogare,*

C A P V T . I I I I .

85

rogare, an ex Deo sit: & saluari non posse eos  
qui in rebus fidei superiorum ac doctiorum se-  
quuntur iudicium. *In hoc cognoscitur spiritus Dei,*  
id est, per hoc cognoscitur doctrina Dei. *Omnis  
spiritus, id est, doctor qui confitetur, fidē suam esse  
ostendit, vel hoc fide credendum esse docet, Ie-  
sum Christum in carne venisse, id est, quod Iesus  
Christus fuerit verus Deus ante omnia secula,  
& posteā venerit in carnem, id est, homo factus  
sit, habens carnem & animam rationalem: vel  
in carne venisse, id est, quod fuerit verus Deus, &  
posteā inter homines conuersatus sit in carne,  
id est, in humana natura. Talis (inquam) omnis  
doctrina est ex Deo, doctrina est veritatis. No-  
men (carnis) ponitur pro homine vel humana  
natura, per synechdochē, sicut & ibi: Verbum Ioan. 1.  
caro factum est. Sed dicet quispiam hunc fidei  
articulum de incarnatione filij Dei confiten-  
tur Pelagiani, Lutherani, Sacramentarij, cæte-  
riqué complures haeretici, quorum tamen do-  
ctrina ex Deo non est: Eundem recipiunt &  
mali Catholici qui nec ipsi tamē ex Deo sunt.  
August. igitur, Beda, & Dydimus intelligunt  
Ioannem loqui de ijs qui confitentur hunc ar-  
ticulum non tantum ore & fide, sed etiā opere:  
seruādo scilicet omnia quæ Deus homo factus  
seruanda docuit; sicut contrà Paulus dicit quos-  
dam esse qui confitentur se nosse Deum, factis  
autem negant. Sed rectius intelligitur Ioannes  
hic*

## IN I. EPIST. IOANNIS

hic fuisse sollicitus de hæreticis sui téporis Cerintho, Ebione & similibus, qui doctrinam de Deo homine facto (ut suprà attigimus, & infra latius decebimus) non recipiebant. Est igitur sensus Ioannis, Omnem doctrinam, siue omnem doctorem qui docet Deum hominem factum, & hunc esse Iesum, ex Deo esse, ex ea scilicet parte qua hoc docet; sicut si iam solliciti de hæresibus nostri temporis diceremus: Omnis qui docet corpus domini esse in Eucharistia, & offerri rectè pro defunctis, ex Deo est, ex ea videlicet doctrinæ parte. Sicut enim rectè docet

Lib. de pa August. Cum hæretici credunt & defendunt aliquos veros fidei articulos, nō nisi singulari Dei gratia hoc faciunt, vnde cum reuertuntur ad Ecclesiam sicut approbamus, & nostrum esse agnoscimus baptismum quæ in nomine sanctæ Trinitatis acceperunt: ita fidem Trinitatis & Christi incarnati Dei donū esse cognoscimus & approbamus, errorem tantum detestantes. *Omnis spiritus qui soluit Iesum, ex Deo non est.* Sic legunt veteres Latini, Leo, Beda, Augustinus & Græci Irenæus. Sed Græci codices hodiè sic habent: *Omnis spiritus qui non confitetur Iesum in carne venisse &c.* olim habuerunt etiā Græci codices, Qui soluit Iesum, ut mox clarum fiet. Doctrina illa soluit Iesum, quæ docet non esse in vna Iesu persona duas naturas, diuinam & humanam: contradicens Athanasij Symbolo,

## C A P V T IIII. 86

bolo, vbi ait: Dominus noster Iesus Christus Dei filius, Deus & homo est, Qui licet Deus & homo sit, nō duo ramen, sed unus est Christus: Unus autem non conuersione diuinitatis, &c. Loquitur autem Ioannes propriè de Cerintho & Ebione, qui tempore eius decebant Iesum non esse Christum: Iesum non esse Dei filium: sed Christum intrasse in Iesum in baptismo, & rursus ab eo passionis tépore auolasse: Iesum esse passibilem, Christum esse impassibilem, sicut suprà ostensum est. Vide super hunc locum Irenæum lib.3. cap. 18. & 19. Cerinthum autem & Ebionem postea sequutus est impius & infœlix Nestorius, docens filium Mariæ passum & crucifixum non esse filium Dei Patri suo consubstantialem, sed esse duos distinctos, verbum & Iesum, licet tropica quadam locutione propter merita vitæ, Mariæ filium diceret posse vocari Deum, de quo sic scribit Socrates. Nestorius dum naturaliter eloquens es- set se putabat doctum, & libris antiquorum in- terpretū dedignabatur incumbere, omnib[us]q[ue]; part. c. 4 se meliorem esse putabat, ignorans quod in ca- tholica Ioannis epistola in antiquis exemplaribus habeatur. *Omnis spiritus qui soluit Iesum à Deo non est.* Hunc enim sensum ex ve- teribus exemplaribus abstulerunt, qui separare volunt ab hominis dispensatione diuinitatem. Quapropter veteres interpres hoc ipsum de- signa-

signauerūt, quod aliqui adulterarint hanc epistolam, soluere hominem à Deo volentes. Hęc Socrates. Soluit Iesum post Nestorium etiam Euthyces quidam Abbas Constantinopolitanus: de quo sic dicit Leo Papa in epist. 10. quæ est ad Flauianum, quam vniuersales Synodi ab omnibus fidelibus vsq; ad extreum apicem recipiendam mandant. Fidei, inquit, sacramento Euthyces nimium astimandus est vacuus, qui naturam nostram in yngenito Dei, nec per humilitatem mortalitatis, nec per gloriam resurrectionis agnouit, nec sententia B. Apostoli & Euangelistæ Ioannis, expauit dicentis: Omnis spiritus qui soluit Iesum, etc. Quid est autē soluere, nisi humanā ab eo separare naturam; & sacramentum fidei per quod vnum salutis sumus impudētissimis euacuare figmētis? Hęc Leo. Soluerunt etiam Iesum Cerdon & Manichæus, dicentes Christū non habuisse veram carnem, sed simulatam, in qua non solum passionem & mortem, sed etiam resurrectionem mentiretur. Soluit enim Apelles docēs Christum carnem suam ex mundi elementis acceptisse, eaq; mundo reddidisse, cum sine carne resurgens in cœlum ascēdit. Soluit & Arrius, negans illum verum Deum fuisse, & animā humanam habuisse. Soluit Apollinaris, docens eum non habuisse mentem qua anima hominis est rationalis, sed verbū illi pro mēte fuisse.

Et hic

Vide Au  
gust. de  
h̄ere. b̄  
ref. 21. 46

ad Quod-  
vultdeū.

mentis, dicentes Christū non habuisse veram carnem, sed simulatam, in qua non solum passionem & mortem, sed etiam resurrectionem

Et hic est Antichristus, de quo audiuimus, quoniam venit, id est, quod venturus eset, & nunc iam, id est, nostro tempore es in mundo. Vos ex Deo esis filii, Christo fide & charitate adhærendo, & vicisti eos, id est, Antichristos, vel Antichristū (sicut aliqui codices habent) dum per veram fidem hæreticorum technas contēnitis, quoniam maior est qui in vobis est, quam qui in mundo, id est, potentior est qui vos inhabitat Deus ad protegendum vos, quam diabolus qui impios inhabitat, ad decipiendum & impugnandum. Hęc sententia maxima est sanctorū cōsolatio, dum tentantur, & conatur Sathanas circumuenire. Docet & hęc sententia seruare veram & Christianam humilitatem, dum victoriā contra Antichristos non tribuit, iuxta superbum Pelagij dogma, humanis viribus, sed potentia & misericordia Dei. Similque considera, quod Ioannes potentia Dei tribuat non solum quod omnia crimina vitemus, sed etiam quod ab antichristis non seducamur. Quia iuxta definitiōnem Synodi Palestinae quā semper tenuit Catholica Ecclesia: Quandocunque contra illicitas concupiscentias & tentationes dimicamus, quamvis & illic habeamus propriam voluntatem, non tamē ex illa, sed adiutorio Dei nostra prouenit victoria. Antichristum vincit qui ei non consentit; quem prauus doctor non supplantat; qui in fide insurgētibus hæreticis persistit;

Vide Au  
gust epi-  
tol. 106.  
ad Pauli-  
num.

sistit: quemadmodum ille carnem suam vincit, qui eam cohibet ne malum perficiat, sed cogit membra sua seruire iustitiae. At qui ad tempus ab aliquo peccato abstinet virtutem vitio pellens (sicut qui propter gloriam abstinet a fornicatione, vitium non vincit, sed spiritus a virtute vicit) est. Consentit enim seruire huic cupiditati nisi per alteram potentiorem impediretur. Nunquam una cupiditas alteram sanat.

*Ipsi de mundo sunt, id est, Antichristi, prava mundanarum rerum concupiscentia oppressi. Ideo de mundo loquuntur. Ex abunditia enim cordis os loquitur. Et sicut ait Baptista: Qui est de terra, ut terrenus est, ita & terrena loquitur. Loquuntur autem heretici de mundo, id est, de prauitate & impietate; & imprimis dum diligentissime falsam suam doctrinam disseminant, dum Christianae fidei per sapientiam mundanam aduersantur, per corruptae rationis iudicium impia docentes (exempli gratia) fieri non posse ut filius Dei sit patri coeternus, ut Deus sit homo, ut virgo intacta pariat, ut caro de puluere resurgat immortalis, ut homo de terra editus mansionem percipiat in celis, ut recens natus paulus vere peccator sit, ut ad bene operandum humanum sibi sufficiat non arbitrium, ut qui in celis agunt, desideria hic nostra cognoscant, ut panis in Christi corpus mutetur, & cetera similia. Ad hec loquuntur heretici de mun-*

Luc. 6.  
Ioan. 3.

de mundo, quia ferè secundum impudicum cor suum docent liberè exercere peccata carnalia, ut patet in plurimis & turpissimis heresibus apud August. in lib. ad Quodvultdeum de heresibus: Rursus in Iouiniano & Vigilantio. Id quod certè manifestissimum est in omnibus nostri seculi hereticis, qui omnes unanimiter docent licitum esse ijs qui voverunt continentiam contrahere matrimonium: docent impiam esse legem de sacerdotum celibatu: rejiciunt canones prohibentes matrimonia consanguineorum: docent neminem obligari legibus ieiuniorum vel abstinentie. Loquuntur item de mundo heretici, quia honores & temporalia commoda toto corde ambiunt. Sicut enim ait August. Hereticus est qui alicuius temporalis commodi & maximè gloriae, principatusq; sui causa falsas ac nouas opiniones vel gignit vel sequitur. Hinc & alius sermo mundanus consequitur. Detractionibus enim & maledictis in catholicos, licet hi cu omni lenitate & pietate apud Deum sua dogmata tradant, inuehuntur. Audi (inquit August.) homines de mundo loquentes; Et non te vindicaturus es? & dicturus est ille, quia fecit tibi, immo sentiat quia cum viro rem habet. Euidens autem est quam plenisint calumniis ac contumelias hereticorum nostri temporis libri. Euidens est quomodo inhiarint; & adhuc inhiant in monasterioru & clericorum posses-

Lib. de utilitate credendi cap. 2.

Tract. 7.  
in hunc locum.

- possessiones. Et mundus eos audit. Quisq; enim libeter eos audit qui loquuntur ea, quæ in cor-  
Ioan. 15. de suo versat, sicut ait Christus : Si de mundo fuissetis, mundus quod suū erat, diligenter: Oues autem Christi quia de mundo non sunt, nō audiunt vocem alienorum . Adiicit autem hoc Joannes, ne ex multitudine eorum qui hæretici adhærent fideles scandalizentur, quasi dicat: Multi quidem hæreticos audiunt, sed parui astimandum est, quia rātum impij & carnales eos audiunt, Nullius autem facienda est quamlibet magna impiorum multitudo : Melior est enim vñus timens Deum quam mille filij impij. Notetur hoc diligenter . Quienam gnauiiter se exercet in mandatis Dei , non facile labetur in hæresin, iuxta illud Psalmista: Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo, quia in æternum mihi est.
- Ecclī 16. Psal. 118.

*Nos ex Deo sumus . Qui nouit Deum , audit nos.* Aliud signum proponit Apostolus , quo vera doctrina à falsa discernatur . Nos, inquit, Apostoli ex Deo sumus , habentes scilicet veram doctrinā religionis ex gratia Dei , & eam alijs tradentes . *Qui nouit Deum, id est, qui cum Deo amicitiam & societatem habet, audit nos, obedit nobis, creditque doctrinā nostrā.* *Qui non est ex Deo, id est, qui Dei gratiam non habet , sed suā corruptā rationi relinquitur , non credit doctrinā nostrā, sed eam tanquam ridiculam & falsam*

falsam reiicit. Ideò audit aliquis Apostolos & credit eis docentibus, quia ex Deo est, siue quia Dei gratiam & Dei adiutorium habet. Nam vt ait Apostolus Paulus, *Animalis homo nō percipit ea quæ sunt spiritus Dei: stultitia enim est illi, & non potest intelligere . Et sicut definit cōcilium Arausicanum, Nemo potest credere Euangeliō sine gratia sancti Spiritus.*

*In hoc cognoscimus spiritum veritatis & spiritum erroris.* Per hoc quod aliquis audit & credit mihi & coapostolis meis cognoscimus quod habet spiritum veritatis seu verā doctrinam : per hoc autem quod aliquis non credit, sed doctrinā meę resistit, cognoscimus quod habet spiritum erroris seu mendacem. Hoc signo, nempe quod credatur vel non credatur doctoribus & pastoribus ecclesię, semper discretus est à Christianis spiritus veritatis à spiritu erroris: vt ex veteribus liquet concilijs: & est à nobis ostensum in Symbolo, vbi dictum est quomodo pastores agent in traditione dogmatum.

*Charissimi diligamus nos inuicem, quia charitas ex Deo est.* Post interpositam de hæreticis vitandis admonitionem , redit ad charitatem fraternalē. Diligamus nos inuicem, quia dilectio eximiū illud opus est quod Deus per singularem gratiam suam in nobis operatur, ita vt omnis qui diligit, per regenerationem gratuitam Dei sit filius , & noritia familiaris amicitia quæ in bonorum

Can. 5. 7

Vide etiā

Aug. epi-

stola ad

Vitalē,

qua est.

107. &amp; li-

r. de præ-

dest. san.

Cap. 67.

IN I. EPIST. IOANNIS

norum operum similitudine consistit Deum cognoscat. Illud, *Charitas ex Deo est*: Vérum est de qualibet charitate, id est, boni cupiditate siue bona voluntate, quæ quantumuis exigua fuerit, sine Dei tamen gratia haberi non potest, ut recte ostédit Augustinus lib. primo de gratia Christi cap. 20. & 21. & lib. 2. contra duas epistolas Pelagianorum cap. 9. Item lib. de gratia & lib. arbitrio cap. 17. & Canon quartus cōciliij Carthaginensis. Sed quæ hæc est ratio: Diligamus inuicem, quia charitas ex Deo est? Ratio est quæ datur per solutionē tacita obiectio[n]is, poterat enim quis dicere Ioanni. Cur toties inculcas præceptum dilectionis, quod admodum nobis est graue, arduum & impossibile? Huic responderet Ioannes. Ideo frequenter inculco dilectionis præceptum: ut vbi hoc tibi impossibile senseris, ad Deum confugas, petens ab eo, ut ipse det tibi dilectionem fraternalm, faciatq; tibi præceptum facillimum: quia ex ipsius gratia & non ex humanis viribus sibi derelictus habetur huius præcepti impletio. Similis locus Deut. 30. est in Deutero. Mandatum hoc quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est, neque procul positum, sed iuxta te est &c. Quem locum exRom. 10. ponit Apostolus ad Romanos. Similis quoq; locus est cap. vlt. huius epistolæ: Mandata eius Matt. 11. gratia non sunt, Et apud Matthæum: Venite ad me omnes qui laboratis, &c. Cur (inquit Augu-

C A P V T IIII.

90

Augustinus) dictum est, diligamus inuicem Lib. de quia dilectio ex Deo est, nisi quia præcepto ad- gra. & li.  
arbi. c. 18

monitum est liberum arbitrium, ut quereret Dei donum: quod quidem sine suo fructu ad- moneretur, nisi prius acciperet aliquid dilectio nis, ut addi sibi quereret, vnde quod iubebatur impletet.

*Qui non diligit, non nouit Deum, non est Deo amicus, Quoniam Deus Charitas est, siue dilectio.* Amicitia autem non est inter dissimiles, sed inter similes tantum. Dicitur autem Deus charitas, quæ admodum Christus dicitur virtus & sapientia, i. Cor. 1. lux & veritas: quia videlicet non distinguitur Ioā. 1 & 8 in Deo qualitas à substantia, ut pote qui totus sit essentia simplex & omnibus modis incomposita: In quo bonitas, sapientia, potètia, dilectio, & similia nō insunt accidentaliter, aut per participationem, sed plenè atque essentialiter. Idem ergo est, siue dicas per nomen concretum, Deum esse sapientem, Deum diligere: siue per no men abstractum Deum esse sapientiam & charitatem. Dicitur autem pater charitas & filius charitas & Spiritus sanctus charitas: & omnes tres una charitas. Peculiariter tamen Spiritui sancto qui ex patre filioque procedit charitas i. Cor. 6. tribuitur, ut & omne donum gratiarum totaque & 12. sanatio & humani generis reparatio: Qua de re dictum est in tractatu super Symbolum. Cap. 22.  
& 50.

*In hoc apparuit charitas Dei in nobis.* i. Per hoc ap-  
N 2 paruit

IN I. EPIST. IOANNIS

ruit charitas Dei erga nos: siue quod Deus sit charitas: per hoc inquam, *quod filium suum vnigenitum misit Deus in hunc mundum.* Facies eum hominem, qui in hoc mundo visibilis & mortal is extororum more, quo modo nunquam antea in mundo fuerat, versaretur. Misit autem eum ad hoc, ut nos qui eramus addicti aeternae morti, viuamus, aeterna vita liberati a morte per eum tanquam per mediato rem nostru m, qui mortem nobis debitam in se transtulit, & vitam sibi debitam nobis largitus est. Noranter autem vocat hoc loco Ioannes Christum vnigenitum Dei, tum propter Cerinthum & Ebionem, qui Iesum ob virtutum profectum bonaque merita.   
 Matth. 1. ioan. 3. Dei filium docebant appellatum, similiter videlicet atque ceteri omnes sancti: Certe si non alia ratione Dei filius dicoretur, non vnigenitus esset, sed unus tantum de grege filiorum. Tum ad exaggerandam Dei charitatem, qui naturalem filium, et unumq; vnicum pro humani generis salute in mortem tradidit. Quia autem venire alicui in mentem poterat dignos fuisse nos & quodammodo promeritos, quibus Deus filium suum mitteret, quemadmodum etiam est & congruum, ut superior inferiori se honoranti, diligenti & suam opem imploranti succurrat: reiicit hanc opinionem Ioannes, latius explicans Dei dilectionem, dum ait.

*In hoc est charitas, id est, in hac re siue per hunc modum,*

C A P V T IIII.

91

modum exercet Deus erga nos charitatem, non quasi nos dilexerimus Deum, honorantes eum vel seruire ei cupientes, vel auxilium ab eo postulantes: Sed quoniam ipse prior dilexit nos, cum enim odio haberemus, quotidie sceleribus nostris ei aduersaremur, præcepta & admonitiones eius deridentes & contemnentes, usque adeo dilexit nos, ut filium etiam suum mitteret, qui propitiatio seu sacrificium esset, quod in cruce immolatum, Deum ob peccata nostra nobis irritum reconciliaret. Pro eo quod nos habemus (propitiationem) legit August. litatorē, id est, Tract. 7. sacrificatorem. Sacrificauit enim Christus seipsum, ut patrem redderet nobis propitium.

Clara admodū & illustris est (ut liquet ex his Ioáni verbis) Dei erga nos charitas, ex incarnatione & passione filii Dei. Cū enim rationalis Aug En natura usq; adeo refugiat falsitatē, & quartū potest deuitet errorē, ut falli nolit etiam quicunq; Aug. II. amat fallere: quid potuit in vita ista errorum de ciuitate Dei ca. 2 plenissima homini melius cōferri, ut fidentius ambularet ad veritatem, quam quod ipsa veritas Deus Dei filius homini assumpto non Deo consumpto constituit atque fundauit fidem, ut ad Deum iter esset homini per hominē Deum? Hic est enim mediator Dei & hominū homo Christus Iesus. Per id quod est mediator est homo & via perueniendi ad Deum, quia si inter eum qui tendit, & illud quo tendit via me- N 3 dia est,

IN I. EPIST. AD IOANNIS

dia est, spes est perueniendi. Si autem desit, aut ignoretur qua eundum sit, quid prodest nosse quo eundum sit? sola autem est aduersus omnes errores via munitissima, vt idem sit Deus & homo; quod itur Deus: qua itur homo. Rursus cum omnes in miseria constituti desperatione liberationis sicut miseriores, spe vero subleuentur: quid tam necessarium fuit ad erigendam spem nostram, mentesque mortalium conditione ipsius mortalitatis abiectas, ab immortaliatis desperatione liberandas, quam ut demonstraretur nobis, quāti nos pēderet Deus quantumque diligenter? Quid, vero huius rei tāto isto iudicio, manifestius atque præclarius, quam ut Dei filius immutabiliter bonus, in se manens quod erat, & à nobis & pro nobis accipiens quod nō erat, præter diuinæ suæ naturæ detrimentum, nostrum dignatus inire consortium, prius sine illo malo suo merito mala nostra perferret? Deinde cum totum hominis bonum, in amando Deo consistat, præcipua fuit aduentus dominici causa, vt ostenderet Deus dilectionem suam in nobis, commendans eam

Aug. de catechi. Rud. ca. 4.

Roma. 5. Aug. en- chir. c. 36

vehementer, quia cum adhuc inimici essemus Christus pro nobis mortuus est. Hoc autem ideo, vt ipsum Deum, si amare pigebat, saltem redamare non pigeat. Nulla est enim maior ad amorem in uitatio, quam præuenire amando. Et himis durus est animus, qui dilectionem si nolle-

C A P V I . I I I . i . 92

nolebat impendere, nolit & rependere. Operæ- Ibidem. precium est autem animaduertere, quo modo, quanquā & superiores se velint ab inferioribus dilig, quo modo inquam & quanto amore exardescat inferior, cum à superiori se diligenter. Ibi enim gratior amor est, vbi non æstuat indigentia scicitate, sed vberitate beneficentia proficit. Jam vero si etiam se amari posse à superiori desperabat inferior, ineffabiliter commouebitur in amorē: si vtrō ille fuerit dignatus ostendere, quātum diligit eum, qui nequam sibi tantum bonum promittere auderet. Quid autem superius Deo iudicante, & quid desperatus homine peccante? Ad amorem igitur Dei valde exardescere debet homo, cum videt se tanta dilectione Dei præuetum, vt ille dignaretur fieri homo & mori pro peccatore. Denique in incarnatione vnigeniti graditer et

Aug. en- chir. c. 36

naturæ humanæ in Christo tanta gloria, vt vna esset persona Deus & homo, nullis precedentibus meritis sine dubitatione gratuita: nisi quia magna hic & sola Dei gratia fideliter & sobrie considerantibus euidenter ostenditur, vt intelligent homines per eandem gratiam se iustificari à peccatis, per quam factum est, vt homo Christus nullum habere posset peccatum?

Postremò si expendamus quāta sit erga hominem Dei bonitas declarata, quando eum ad

N 4 imagi-

IN I. EPIST. IOANNIS

imaginem & similitudinem suam condidit, et vniuersam creaturam corporalē propter hominem instituit, longè plus homini impensum esse inueniemus, quādo Deus homini sibi contrario et per impietatem corrupto semetipsum impendit, et summus rerum conditor propter hominem reparādum factus est infirmus. Major est autem creator vniuersa creatura. Plus estigitur sicut canit Ecclesia quod in fine seculorum Pascha nostrū immolatus est Christus, quam quod ab initio factus est mundus.

*Charissimi si sic Deus dilexit nos, & nos debemus alterutrum diligere.* Explicat quomodo Deum redamare debeamus, quia Deum, scilicet sicuti est, nemo in hac mortali vita vidit unquam, aut videt, siue mente, siue corporeis oculis: Ideoque non potest omnino eum ut decet redamare, vrpote non satis benè cognitum. Sed, *Si diligamus inuidem, Deus in nobis manet,* id est, Deus in nobis habitat, et sibi fieri reputat, quicquid proximis impēndimus. Et *charitas nostra perfecta est,* dum scilicet proximum diligimus, quia dilectio proximi est dilectio Dei. *Deum nemo vidit unquam.* Vedit, pro videt, siue (videre solet) ut significetur omne tēpus, quasi dicat, Deus non videtur à nobis sicuti est. Dicitur autem charitas nostra erga Deum perfecta, nō quasi exacte bonum perficiamus, aut quasi non semper sit in dilectione proficiendū, sed quia dum proximum

C A P V T IIII. 93

mium diligimus, etiam Deum eatenus diligimus, vt non sit nos tanquam non redamantes & ingratos condemnaturus.

*In hoc cognoscimus quoniam in eo manemus.* Redit iterum ad doctrinæ seu fidei mentionē. Per hoc, inquit, cognoscimus, quod nos Apostoli in Deo manemus tanquam veraces doctores: quodque Deus in nobis habitet, ac per nos loquatur; per hoc (inquam) *quoniam de spiritu suo dedit nobis,* id est, quod dedit nobis charismata spiritus sui, & virtutem signorum & prodigiorum: Et, id est, insuper *vidimus etiā corporalibus oculis eum quem prædicamus, & testificamur vobis,* quod Deus Pater misit filium suū, ad hoc ut esset Saluator mundi, id est, ut saluos ficeret à peccatis homines impios per totum mundum diffusos.

*Quisquis confessus fuerit, quoniam Iesus est filius Dei, Deus in eo manet, & ipse in Deo.* Nemo igitur desperet, quia etsi videamus nos sceleribus deprimenti & Deum minimè diligere, curramus nihilominus ad medicum; Ipse saluator est impiorum; Bonum nullum est ei impossibile; nullum malum insanabile; Ipse est saluator impiorum. *Quisquis confessus fuerit,* id est, quisquis crediderit nobis Apostolis in hac prædicatione, & ore suo aperte declarauerit fidem suam, confitēs quod Iesus, quem peperit Maria, & est à Piatto crucifixus sit naturalis & vnicus Dei filius,

lius,missus à Patre in mundum ut saluaret de-  
prauatum genus humanum, Deus in eo manet  
tanquam in templo suo quod ipse illustrat, &  
ipse in Deo manet tanquam illustratore suo,  
tanquam Dei cultor, tanquam verè fidelis.

*Et nos cognoscimus eum & credimus, &c.* Redic-  
rursus ad charitatis mentionem. Sicut iam dixi  
(inquit) nos testari id quod vidimus, & doctri-  
nam nostram ex sancti Spiritus operationibus  
veracem ostendimus: Ita & nūc ex multis nos  
dico arguētis nouisse, firmissimeque credere  
quod vehementer nos Deus diligit, ac filium  
suum in mundum miserit ex incredibili erga  
nos charitate, non ut iudicet mundum, sed ut  
saluetur mundus per ipsum, ita ut merito dic-  
amus.

*Deus caritas est, &c. qui manet in charitate, in  
Deo manet, & Deus in eo.* Et sicut qui confitetur  
nostram doctrinam in Deo manet, & Deus in  
eo: Ita qui Deo homines diligenti simillimus  
est, manet in fraterna dilectione, manet in Deo  
tanquam Dei cultor in gubernatore & salua-  
tore suo, & Deus manet in eo tanquam in filio  
suo adoptiō, ac templo suo. Coniungit igitur  
semper Ioannes fidem siue confessionem fidei  
cum charitate, nūc de fide & doctrina, nūc  
de fraterna charitate differēs. In Christo enim  
Iesu neque infidelium eleemosynæ, neque fi-  
des eorum qui fratres oderūt quicquam valet,  
sed ea

Ioan.3.

sed ea tantum fides quæ per charitatem opera- Galat.5.  
tur. Pulchrè August. Sola (inquit) charitas facta Tract.7.  
hominū discernit. Tradidit Christum in morte in hanc  
& Deus pater & Iudas: Deus cogitauit salutem epist.  
nostram qua redempti sumus: Iudas cogitauit  
precii, quo vēdedit dominū, diuersa ergo intē-  
tio diuersa facta fecit, cū sit vna res. Hoc dixi-  
mus in similibus factis, In diversis factis inue-  
nimus sœuentem hominem factum de chari-  
tate, & blandum factum de iniquitate. Puerum  
cædit pater, & magno blanditur. Videre quid  
commendamus, quia non discernuntur facta  
hominum, nisi de radice charitatis: Nam mul-  
ta fieri possunt quæ speciem habent bonam, &  
non procedūt de radice charitatis: habēt enim  
& spinæ flores: quædam verò videntur aspera,  
videntur truculenta, sed fiunt ad disciplinam  
dictante charitate. Semel ergo breue præceptū Deut.6.  
tibi præcipitur, dilige, & quod vis fac: siue ra-  
ceas, dilectione taceas: siue clames, dilectione  
clames: siue emendes, dilectione emendes: siue  
parcas, dilectione parcas. Radix sit intus dilec-  
tionis, non potest de ista radice nisi bonum  
existere. Hæc Augustinus.

*In hoc perfecta est Dei caritas nobiscum.* Docet  
quomodo probare se quisque possit, quantum  
in charitate proficerit. *In hoc, seu per hoc,* in-  
quit, tā perfecta esse in nobis erga Deum cha-  
ritas ostenditur, ut dici possimus redamare  
Deum,

mundo. Audisti causam fiduciæ tuæ, quia sicut ille est & nos sumus in hoc mundo, id est, quia sicut ille diligit inimicos suos, faciendo solem Matth. 5: suum oriri & pluendo super iustos, & iniustos: nos quia inimicis nostris non possimus præstare temporalem solem & pluuiam, præstamus lachrymas cum pro illis oramus. Hæc August. Tractandum hic est quomodo fiducia, id est, spes obtainendæ salutis in die iudicij bonis operibus innaturat: & quomodo gratiæ Dei & omnipotenciarum eius. Et homo quidem ac angelus dum integri essent in primæ creationis innocentia, æternam vitam à solo Deo omnipotenti sperabant, qui solus beatam facere potest creaturam: sed per bona opera sua tanquam per merita obtinere eam sperabant, propter quæ sola Deus vitam æternam largiri voluit. Ideoq; spes integri hominis & angelorum nō innitebatur gratiarum Dei, sed omnipotenciarum eius tanquam effectrici beatitudinis & bonis operibus tanquam meritis. Similiter & homo lapsus sperat à solo Deo, sperat vitam æternam tanquam ab eius effectore ac largitore: Sperat quoque per bona opera tanquam per merita obtinere vitam æternam, iuxta hunc locum Ioannis, & illud Apostoli Pauli: Reddet vnicuique secundum opera eius: ijs quidem qui secundum patientiam boni operis, gloriam, & honoré, & incorruptionem querunt, vitam æternam. Nihilominus iam post lapsum

IN I. EPIST. IOANNIS  
Deum, si fiduciâ habeamus de die extremi iudicij, siue de iudice nostro, quod cum ad iudicium venerit, sit nos ab æterna morte seruatus: si desideremus ut adueniat illa dies, si vera Matth. 6: citer cupimus exaudiri orantes adueniat regnum tuum.

*Quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo.*  
Oecumenius sic exponit. Perfectè diligimus, si confidimus in die iudicij: quod erimus sic in hoc mundo irreprehensibiles & puri, sicut nunc Christus est: ut ponatur verbum, sumus, pro erimus. Sed hoc sensu debuisset Ioannes dixisse: Fiduciam habeamus quod sicut ille est & nos erimus in die iudicij in hoc mundo, ut illud (in die iudicij) construatur cum verbo (sumus). Melior est ergo altera eiusdem expostio Oecumenij: Sicut (inquit) ille est sanctitatis dux & princeps, ita nos ipsum referamus in hoc mundo sanctè ac pure, mortui mundo, semper ipsius mortificationem in corpore circumferentes. Porrò ita vitam degentes, et fiduciam habebimus erga ipsum, et absque timore tunc erimus. Siquidem perfecti in charitate per bona opera procul erimus a timore. Hęc expostio respondet illi quod cap. 3. dixit Ioánes: Omnis qui habet hanc spem in eo, sanctificat se, sicut & ille sanctus est. Similiter & Augusti. Tract. 9: in hunc in locum. exponit: Vnde inquit, datur nobis fiducia in die iudicij? quia sicut ille est & nos sumus in hoc mun-

lapsum spes vitæ æternæ, etiam in ijs qui multa sibi bona merita ex Dei gratia compararunt, multis de causis misericordiæ Dei inniti debet. Et primum quidem, quia gratiæ est quod sancti in bonis operibus perseverent, & persequens peccatum efficaciam meritorum præcedentium non perdant: Nisi enim dominus custodierit ciuitatem, frustrâ vigilat qui custodit eam. Deinde quia gratiæ est quod Deus ignoscat peccata iustorum, iuxta illud: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur: de quo vide Aug. in lib. de correp. & gra. cap. 13. & in alijs locis. Postremò, quia gratiæ est, quod Deus operibus iustorum bonis quidem, sed bonum non perficientibus, siue non perfectè bonis, & proinde nō perfectè merentibus, largiatur perfectum præmium, perinde ac si essent perfectè bona. Vnde Hilarius in il-  
Jud Psal. 51. Sperauit in misericordia domini in æternum, etc. Spes, inquit, in misericordia Dei in seculum & in seculum seculi est. Non enim illa ipsa iustitiæ opera sufficiet ad perfectè beatitudinis meritum, nisi misericordia Dei etiam in hac iustitiæ voluntate humanarum demutacionum & motuum virtutum non reputet. Hinc illud Prophetæ dictum est: Melior est misericordia tua super vitam: quia quamvis probabilis per iustitiæ operationem vita iustorum sit, tamen per misericordiam Dei plus meriti con-  
sequen-

sequetur. Ex hac enim vita in vitam proficit æternam, & operationem iustitiae. In tantum misericordia Dei muneratur, ut miserans iustitiae voluntatem, æternitatis quoque suę iustum quémque tribuat esse participem. Et B. Fulgentius lib. i. ad Monimum: Vita æterna, inquit, etiam ideo non iniuste dicitur gratia, quia non solum donis suis Deus dona sua reddit, sed quia tantum etiam ibi gratia diuinę retributio-  
nis exuberat, ut incomparabiliter atque ineffa-  
biliter omne meritum quāvis bonę & ex Deo datę humanę voluntatis atque operationis ex-  
cedat, sicut ait Apostolus: Non sunt condignæ Rom. 8.  
passiones huius temporis ad futuram gloriam  
quę reuelabitur in nobis. Veruntamen triplex  
hęc gratia, nempe perseverantia, remissio le-  
uium peccatorum, & exuberans remuneratio  
gratis & misericorditer à Deo tribuitur præte-  
riorum etiam meritorū intuitu. Donum enim  
perseverantie (vt ait August.) suppliciter eme- Lib. 2. de  
rerit potest, id est, impetrari, Omnes enim qui bono per  
exaudiuntur orantes, Ne nos inducas in ten- feuer. c. 6  
tationem, impetrat perseverantia. Venia quoq;  
peccatorum datur propter opera misericordiæ,  
sicut ait dominus in Euangelio: Beati miseri- Matth. 5  
cordes, quoniam ipsi misericordiam cōsequen-  
tur. Et ad Iosaphat dicitur: Impio pr̄bes auxi- 2. Par. 19  
lium, & his qui oderūt dominum amicitia iun-  
geris, & idcirco iram quidem domini mereba-  
ris, sed

IN I. EPIST. IOANNIS

ris, sed bona opera inuenta sunt in te . In Dei  
 Lib.de iudicio extremo (inquit August.) etiam mis-  
 correp.& ricordia necessaria est, qua fier beatus , cui non  
 gra.ca.13 imputauit dominus peccatum, sed tūc pro bo-  
 Psal.31. norum operum meritis iusto iudicio etiam ipsa  
 misericordia tribuetur.Cum enim dicitur : Ju-  
 dicitum sine misericordia illi qui non fecit mi-  
 sericordiam , manifestatur in his in quibus in-  
 ueniuntur bona opera misericordie, iudicium  
 cum misericordia fieri, ac per hoc etiā ipsa mi-  
 sericordia meritis honorū operum reddi. Hęc  
 August. Et pro operibus misericordie mensu-  
 Luc.6. ram bonam confertam & coagitatam & su-  
 pereffluentem nobis in finum dandam ait do-  
 minus in Euangelio.Cum igitur hę gratię tri-  
 buātur etiam propter bona opera, spes sancto-  
 rum quę ntitur gratię, etiam recte bonis ope-  
 ribus inniti potest . Vnde in orationibus suis  
 Psal.25. sancti allegant interdum bona opera sua , vt  
 Ibidem. Iudica me domine quoniam ego in innocentia  
 4.Re.20. mea,etc.Et Ezechias:Obsecro domine,inquit,  
 2.Esdr.5. memento quęmodo quomodo ambulauerim co-  
 ram te in corde perfecto, & quod placitum est  
 Ibid.6. coram te fecerim.Et Nehemias:Memēto mei  
 Deus meus in bonum secundum omnia quę  
 Ibid.13. feci populo huic.Memento mei Deus pro To-  
 bia,etc.Et iterum : Memento mei Deus meus  
 pro hoc , & ne deleas miserationes meas quas  
 feci

C A P V T IIII.

97

fecī in domo Dei mei , & in ceremonijs eius.  
 Nec impetrant tantum has gratias merita bo-  
 norum operū , sed & probabilia sunt nobis ar-  
 gumēta, quod Deus qui dedit initium, daturus  
 sit & finem , qui dedit parua, daturus sit & ma-  
 iora, iuxta illud dictum matris Sampsonis : Si Iud.13  
 dominus nos vellet occidere , de manibus no-  
 stris holocaustum & libamēta non suscepisset,  
 nec ostēdisset nobis hęc omnia. Et illud Pauli:  
 Qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet vsq; Pbilip.1.  
 in diem Christi Iesu. Quanto enim plura bona  
 fecerimus, tanto maius habemus vitę aternę  
 argumentum:Pulchrē Sedulius ad eum dicit:

Paschal.  
car.lib.1.

*Grandia posco quidem, sed tu dare grandia nosti,  
 Quem magis offendit, quisquis spherando tepescit.*

Qui vero iam primum conuertitur ad do-  
 minum & nec dum bene operatus est etiam in  
 hoc niti debet misericordia Dei, vt obtineat ab  
 eo opera sancta & ea incipiat operari, per quę  
 ad vitā aeternam pertingere possit. Quia autem  
 etiam bonis cor proprium est inscrutabile, ideo  
 bonis suis operibus non vsque adeo fidunt.Si-  
 cut enim ait Beda ad dominum: Etiam si quid In 18. ca.  
 boni tua gratia largiente fecero , quo fine hoc Lucæ.  
 faciam, quāve distinctione à te pensetur, igno- Aug.li.2.  
 ro. Magis igitur in Dei misericordia spem po- contra  
 nunt iusti , quam de iustitia sua. fidunt, Vnde Julianū.  
 moriens Ambrosius dicebat, Non timeo mori, Possid.in  
 quia bonum dominum habemus. Sciens enim vita Au-  
 gusti e.17  
 O exa-

IN I. EPIST. IOANNIS

examen æquitatis diuinæ, de bono domino dicit seſe magis, quam de meritis suis confidere, Nihilominus verū est (sicut suprà ostendimus) quod hic dicit Ioannes fiduciam oriri ex bonis

Rom. 5. operibus; quod ipsum etiam dicit Paulus: Patientia operatur probationem; probatio spem.

2. Petr. 1. Et Petrus: Satagite ut per bona opera certam vestram vocationem & electionē faciatis. Preceptiū autem sua bona opera intuētur sancti, ut ex illis spem concipient, quando ad desperationem sollicitantur, sicut patet in Iob, qui cum in maximis esset erumnis, & ad desperationem ab amicis quodāmodo pertraheretur, ante acta sua bona opera commemorat, ut videre est

4. Re. 20. cap. 2.9.30. & 31. Similiter Ezechias moriturus, bonorum operum suorum mentionem facit.

2. Tim. 4. Et Paulus morti iam vicinus: Bonum, inquit, certamē certauī, curseū cōsummaui, etc. Idem

Hebr. 6. & Hebræos tribulatos bonorum operum quæ antè fecerant commemoratione consolatur, hortariūque ne confidentiam suam amittant. Similiter ferè discipulos suos omnes consolatur.

Hiero. in vita Hi- larionis. Et sanctus Hilarion moriēs, dicebat: Egregere anima mea, quid times? Egregere anima mea, quid dubitas? Septuaginta ferè annis seruisti Christo, & mortem times?

*Timor nō est in charitate.* Explicat Ioánes quod dixerat de fiducia in iudicio habenda, propter ea quod imitamur charitatem Dei. Loquitur autem

C A P V T IIII.

98

autem de timore iudicij extremi, qui cōtrarius est spei sive fiducię de die iudicij: Oritur hic timore ex mala conscientia, & magnū conscientię cruciatū coniunctū haberet, de quo dicit Ioánes, Timor pēnam habet: ut contra, spes oritur ex 1. Joan. 4 bona conscientia & lētitiam parit. Sicut enim ait Augustinus. Spem gerit bona conscientia. In Præf. Psal. 31. Quomodo mala conscientia tota in desperatione est, sic bona cōscientia tota in spe. Nullus autem conuertitur ab iniuitate hisi diuini iudicij timore percussus, qui ad desperationem produceret nisi fides mediatoris succurreret, in quantum autem homo bonam conscientiam habere incipit, in tantū sperare incipit, & timorem oppositum spei timorem depellere. Cœpit (ait Augustinus) aliquis timere diem iudicij, Tract. 9. timēdo corrigit se, vigilat aduersus hostes suos, in hanc epist. id est, peccata sua, incipit reuiuscere interius, & mortificare membra sua quæ sunt super terram, avaritiam, immunditiam, gula, & similia. Quantum autem mortificat membra sua super terrā, tantum surgunt & corroborantur membra cœlestia, id est, omnia opera bona: Surgentibus cœlestibus membris, incipit desiderare quod timebat: timebat enim ne veniret Christus, & inueniret impium quem dānaret: Paulò desiderat ut veniat, quia inuenturus est piū post. quē coronet. Ergo incipiat timor, quia initium Eccle. 8. sapientię timor domini, Timor quasi locū præ-

O 2 paras

parat charitati. Cum autem cœperit charitas habitare, pellitur timor qui ei præparauit locū: quantū enim illa crescit, ille decrescit: & quantum illa sit interior, timor pellitur foras. Maior charitas, minor timor; minor charitas, maior timor. Si autem nullus timor, nō est qua intret charitas. Sicut videmus per setam introduci linum, quādō aliquid sūtur: seta prius intrat, sed nisi exeat, non succedit linum. Sic timor primo occupat mentem, non autem ibi remanet timor, quia ideo intravit, vt introduceret charitatem. Hæc August. Ex his patet, quod omnis charitas quæ aliquid semper spei coniunctū habet, pellat quidem timorem, qui est omnino spei contrarius, siue timore desperationis: Non tamē omnem trepidationem seu omnem conscientię anxietatem: sed quāto perfectior fuerit charitas, tanto tranquilliorē & lātiōrem reddit conscientiam. Liquebat etiam ex his timorem gehennæ perfectæ charitati nō aduersari; Homo enim benè sibi cōscius (quales erāt Martyres) recte sibi ignem æternum proponit, quo tanquam freno concupiscentias suas coer-

Matt. 10. ceat, iuxta illud Christi mandatū: Timete eum qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. Hoc Christi preceptum implet charitatis, sicut ait Apostolus: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo illud, ne cum alijs predicauerim, ipse reprobis efficiar. Castus enim timor,

timor, quem sibi charitas semper coniunctū habet, timere nos facit ne per peccatum à Deo separemū: quid sit, vt maiorū pœnārum quam est temporalis voluptas timore prauas concupiscentias nostras cōfigamus. Similiter & timor Dei, qui est eius cultus & reverentia, le quo dicitur: Misericordia eius à progenie in progenies, timentibus eum, semper charitati coniunctus est: sed timor humanus, quo quis metu hominum iustitiam deserit, prorsus cum charitate pugnat. Vnde Christus: Nolite, inquit, timere eos qui occidunt corpus. Ad hæc metus ille, quo quis abstinet ab externo opere peccati solo timore pœnæ, vel temporalis, vel æternæ, libenter iniquitatem perpetraturus, si impunè id posset, omnino charitati contrarius est, vt dictum est à nobis in Proemio Decalogi, vbi Cap. 42. tractamus ex dilectione iustitiae implenda esse Dei præcepta. Hoc verò loco loquitur tantum Ioannes de timore perturbante, propter mala opera anxiam reddente cōscientiam, qui spei omnino est oppositus, de quo dicit Zacharias: Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati seruiamus illi. Item illud Psal: Dominus illuminatio mea & salus mea, quem timebo. Et Esaias: Ecce Deus Saluator meus Epist. 74 fiducialiter agam, & non timebo. Quanquam B. Ambrosius & Tertullianus de humano timore hunc locum interpretantur. Charitas, in fine.

O 3 inquit,

*IN I. EPIST. IOANNIS*

inquit , ille ablegato & exuto timore omnia suffert, omnia sustinet . Qui ergo per charitatē omnia sustinet, non potest timere martyrium.

*Lib. de fu  
ga in per  
fecu. sub  
finem.*  
Timor (inquit Tertullia.) supplicamētū habet, utriq; ignē stagni : quis fugiet persecutionē nisi qui timebit ? quis timebit, nisi qui non amabit?

*Nos ergo diligamus eum, quoniam ipse prior dilexit nos.* Repetit quod suprà dixerat , vt Deum redamari ostendat, dum frater diligitur.

*Si quis dixerit, quoniam diligo Deum , & fratrem suum oderit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, id est, qui primum ei diligendus occurrit, Deum quem non vider, id est, qui secundum seipsum nobis ignotus est , quomodo potest diligere ? Ex notis enim ignota amare addiscimus. Et hoc mandatum habemus à Deo, ut qui diligat Deum, diligat & fratrem suum , id est, ut suam erga Deum charitatem in proximo diligendo declareret: iuxta quod Petro dicenti se Christum diligere, ait dominus, Pasce oves meas . Si verè me amas, id in pascendis ouibus meis ostende. Qui proximum ergo non diligit, cum Dei preceptum violer, nullo modo eum diligere dicens est. Secunda hæc ratio efficaciter concludit, falsū dicere eum, qui fratre suum odio habens Deū se ait diligere. Prior ratio; qui non diligit fratrem suum quem videt, etc. popularis est, quales esse solet, quæ ex parabolis, à simili, à maiori, à minori petuntur.*

*IN CA-*

*IN CAPVT QVINTVM.*

  
Mnis qui credit, quoniam Iesus est Christus, ex Deo natus est ; & omnis qui diligit eum qui genuit, diligit & eum qui natus est ex eo. Rursus ad doctrinā redit. Quisquis, inquit, credit Iesum esse Christū, is Dei filius est: & qui Deum Patrem diligit, etiam Dei filium diligit. Statim, inquit August. fidei coniunxit dilectionē, quia Tract. 10.  
fine dilectione fides inanis est . Cū dilectione, in hanc fides Christiani, sine dilectione, fides dæmonis. epist. Qui autem non credunt , peiores sunt quam dæmones.

*In hoc cognoscimus quoniam diligimus natos Dei.* Per hoc , inquit, cognoscimus quod diligimus adoptiuos Dei filios fratres nostros . Per hoc, inquam , quod Deum diligamus , & mandata eius obseruemus . Suprà numero usus est singulari, (eum qui natus est ex Deo) loquens de vnigenito: nunc pluraliter effert (natos Dei) loquens de adoptiis , quia videlicet filij adoptiui corpus sunt vnigeniti & ille caput , ita ut ea sibi mutuo coniuncta vnum reputentur , sicut de Christo & Ecclesia dicit Apostolus: Eūt duo Epheſ. 5 in carne vna . Semper coniuncta est Dei ac

O 4      proxim-

proximi dilectio: sed hęc interdū illa notior est: vt quando multa se quis in proximum beneficia conferre vider, vt ad æternam vitam perueniat. Interdum contrā euidentius nobis est, quod Deum quā quod proximum diligamus, vt cum quis propter Dei præceptum proximo aduersatur, & prauam eius voluntatem corrigerē conatur. Vnde suprà docuit Ioánes, quod ex fraterna dilectione Deum nos diligere cognoscamus. Hic verò quod ex Dei dilectione & mandatorum eius obseruatione cognoscimus nos proximum diligere.

*Hęc est enim charitas Dei, vt mandata eius custodiamus.* Hęc duo, dilectionem Dei & mandatorum eius custodiām coniunxi (inquit Ioánes) quia diligere Deum est mādata eius custodire. Et quanquam dilectionis præceptum ab alijs distinguatur præceptis, quisquis tamē dilectionis seruat præceptum, etiam alia præcepta ex dilectione Dei obseruat: & contrā, quisquis alia præcepta seruat, is Deum diligere clare apprehendit. Cum enim Deus ipse summa sit iustitia, necessariō consequitur, quod eum etiam diligat, quisquis iustitiae præcepta diligit. Dilectionis præceptum datur de Deo diligēdo, quantum is summum bonum est & finis omnium ac ipsa beatitudo. Cetera datur de Deo diligendo sub ratione particularis boni, siue vt Deus in particulari bono reluet.

*Et man-*

*Et mandata eius grauiā non sunt. Blanda & suavis exhortatio ad obseruanda diuina mandata:* qualis est illa apud Matthæum: *Venite ad me Matth. 11 omnes qui laboratis & onerati estis, etc.* Est autem in verbis Ioánis Lyptote, quā minus dicitur & plus intelligitur. Sensus est enim: *Leuisima sunt & facillima Dei mādata.* Quis enim nesciat cum generale præceptum sit charitas, non esse graue quod diligendo sit, non timēdo? Vide hunc locum pulcherrimè tractatum lib. de perfectione iustitie circa medium. Item lib. de natura & gratia cap. 68. & 69. Et tractatus est hic locus à nobis in Procēcio Decalogi, Cap. 45. vbi docuimus hilariter esse Dei præcepta adimplenda.

*Quoniam omne quod natum est ex Deo, vincit mundum.* Ostendit Apostolus quo fiat vt facilia sint & levia Dei mandata, nempe per natuitatem ex Deo, per sancti Spiritus regenerationē, per gratiam Dei. Ideò, inquit, facilia sunt Dei mandata, quia totus mundus impiorum cum omnibus cōcupiscētijs, machinationibus, insidijs, & tētationib⁹ suis eos qui ex Deo renati sunt ne ad minimum quidem aliquod crimen pertrahere potest: sed omnis qui ex Deo regeneratus est per sancti Spiritus gratiam vincit, & calcat mundum, id est, impios cū omnibus amoribus, terroribus & erroribus eorum: vicit inquam tanquam toto mundo potentior &

*supe-*

IN I. EPIST. IOANNIS

superior. Ei autem qui tam est validus atque robustus , vt totum mundum vincere possit, mandata Dei grauia esse nequeunt. Similis locu-

Rom.8. locus est apud Paulum ad Romanos: Quis nos separabit a charitate Christi, tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum , an persecutio, an gladius ? Quinimò in his omnibus superamus per eum qui dilexit nos , Dicit autem Ioannes : Omne quod natum est ex Deo, in genere neutro: non autem. Omnis qui natus est ex Deo sicut & Christus in euāgelio: Omne quod dat mihi pater ad me veniet, &c.

Ioan.6. Contemptim scilicet loqués, quasi dicat: Mundum vincit omnis qui ex Deo natus est, etiam si pusillus vel cōtemptrus sit, vt hominis appellatione videatur indignus; sit tenera puella ; sit semifatu<sup>9</sup>; sit anicula; sit infans; sit pauperrim<sup>9</sup>; sit vile māncipium; sit extremo mundi suppli- cio condēnatus; trāsegerit vitā scelestissimam.

Ioan.6. Omne quod natum est ex Deo vincit mundū. Loquitur autē Ioannes de electis Dei, de qui- bus dicit Christus: Omne quod dat mihi pater.

Rom.8. & Paulus ad Romanos . Veloquitur de rege- neratis ex Deo, quamdiu regenerationis gratiā seruant, siue quamdiu perseuerāt in Dei gratia.

*Et hac est victoria quæ vincit mundum: Fides no- stra.* Ostēdit, quomodo obtineatur gratia Dei, qua victores mundi constituit. Hęc est inquit, victoria nostra: hoc est, victoriæ nostræ cau- qua

C A P V T . V.

102

qua mundum vincimus. Fides est, fides inquā nostra, hoc est, Christianorum.

*Quis est autem, &c.* Ostendit, qua fide vinca- tur mundus, nempe fide mediatoris, qua impe- tramus à Deo per Christum Iesum filiū eius, quicquid nobis ad hanc de mundo victoriam est necessarium. Deus enim per Christum in- uocatus largiter spiritū suum effundit , induit Luc.24. nos virtute ex alto, & salutem prēstat. Loqui- tur igitur Ioannes non de fide ociosa , sed quę sancta desideria, spem in Deo , eiūisque inuoca- tionem per Christum coniunctam habet . Sic Paulus ad Romanos exponēs verbum Moyſi, Rom.10 quod debet mandatum Dei esse facile, & iuxta nos, si tūmque esse in corde nostro & ore: quia si confitearis (inquit) in ore tuo dominum Je- sum, & in corde tuo credideris quod Deus hūc suscitauit à mortuis , saluus eris : Corde enim creditur ad iustitiam , ore autē confessio fit ad salutem. Dicit enim scriptura: Omnis qui cre- Esa.18. dit in illum, non confundetur . Non enim est distinctio Iudei & Gręci. Nam idem dominus omnium diues in omnes qui inuocant eum . Joël.2. Omnis (enim) qui inuocauerit nomen domini A&t.2. hic saluus erit . Vbi apertè Apostolus de ea fi- de loquitur, quæ tam firma est vt cōfiteri dog- mata sua nō erubescat. De ea, inquam, fide me- diatoris qua dominus Deus, non ficte , vel ore tantum, sed ex corde inuocatur. Recte autem dicit

IN I. EPIST. IOANNIS

dicit Ioannes, quod nemo vincit mundum, nisi fide in Iesum filium Dei: quia sicut & Petrus replicatus spiritu sancto, dicit: Non est aliud nomine sub celo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri, quam domini nostri Iesu Christi Nazareni crucifixi, hoc est, non est alius quisquam, per quem possit homo saluari, quam Iesus Christus. Sicut enim ait Paulus: Unus tantum est mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, qui dedit semetipsum pro omnibus.

*Hic est qui venit per aquam & sanguinem Iesus Christus.* Confirmat Ioannes & probat Iesum esse Christum illum a Prophetis promissum, seu verum Dei filium & saluatorem mundi. Ad locum hunc rectius intelligendum obseruan- dum est de vero Messia tria potissimum in scriptura veteris instrumenti inter cetera pre- dici. Primum quod sanguinem suum esset effusurus. Praesignarunt hoc sacrificia omnia in quibus animalia immolabantur, tum que ante legem, tum que post legem fuerunt. Ad eiusdem rei commendatione interdictus fuit Iesus sanguinis; & mox post diluvium & sub lege Moysi grauiissima transgressoribus pena proposita est. Homo (inquit Deus) quilibet, si comederit sanguinem, obfirmabo faciem meam contra animam eius, & disperdam eum in populo, quia anima carnis in sanguine est; & ego dedi eum vobis, ut super altare meum expietis pro ani- mabus

A&4.

x.Tim.2.

Genef.9.

Leuit.17

C A P V T V.

103

mabus vestris, & sanguis in anime piaculo sit. Clarissime autem Psal. & alij Prophetae predi- xerunt Christum occidendum. Alterum est quod studiosè inculcat scriptura vetus, homines preciosi huius sanguinis participes futuros per corporalem aquam, id est, per baptismum. Hoc presignatum est non solum in diluvio per quod saluatus est Noe: non solum in mari ru- bro, ubi submersis hostibus saluatus est Israël: nec solum in nube populum in deserto refri- gerante; non solum in transitu Iordanis ad ter- ram promissam, sed etiam in insigni legis cere- monia, aqua videlicet lustrationis, cuius erat perperuus vsus, de qua seueriter dictum est: Qui aqua lustrationis aspersus non fuerit, peribit de populo suo. Habebat autem hec aqua permix- tos vaccæ rufæ & in hunc usum maestate cine- res, ad significandum baptismum non purga- re aut lustrare peccata, nisi virtute & efficacia mortis Christi. Quin & Prophetæ clarè admo- dum per aquam nos saluandos prædixerunt: id est, tum ipsis rebus, ut quando Helisœus mun- dauit Naaman aqua Iordanis, tum expressis 4. Reg.5 verbis, ut Ezechiel cap.36. & 47. Tertium est, quod Christus spiritum suum in totum terra- rum orbem missurus esset. Oper pretium est Esa.44. autem expendere cap.2. Ioëlis: & 12. & 13. Za- charię, quibus locis haec tria sanguis, aqua, & spiritus coniunguntur, sicut ea Ioannes hic con- iungit.

Psal.11.

68.70.

Esa.53.

Genef.7.

Exod.14.

Exod.13.

& 14.

Iosue 4.

Nume.8

Num.19.

4. Reg.5

Psal.103.

Esa.44.

iungit. Videtur enim Ioánes ad hos duos prophetas & ad 47. cap. Ezechielis peculiariter respexisse. Prædicunt enim hi duo Ioél & Zácharias Christum non solum effusurum sanguinem suum, sed facturum id nō sine magno miraculo ac prodigo: vnde deprehendi facile possit, quisnam ille esset, cuius sanguis Deum placaret. Similiter Ezechiel prædixit aquam cum prodigo & miraculo de latere templi effluxurum. Ioél igitur sic gratiam noui Testamenti prænuntiat: Filij Sion exultate, & lætamini in domino Deo vestro; quia dedit vobis doctorem iustitie; & descendere facit ad vos imbre matutinum & serotinū, sicut in principio. Et implebuntur areæ frumento, & redundabunt torcularia vino & oleo. Doctor iustitie Christus est: Imber matutinus & serotinus, quo omnia fructifera sunt. Baptismus est à Christo institutus, qui de cœlo descendere dicitur, quia à cœlesti est rege institutus, & ex eo vim suā habet: Matutinus & serotinus, quia sine distinctione temporis sine distinctione ætatis omnes credentes sanat & saluat. Subiungit deinde dominus apud Ioélem, largiter se spiritum suum super omnem carnem effusurum, ita ut omnis qui inuocauerit nomen domini, saluus fiat. Futura est autem hæc spiritus effusio, cum venerit dies domini magnus & horribilis, hoc est, tunc habebunt homines spiritum

Ezecl. 47  
Ioel. 2.  
Ioel. 2.

ritum sanctum per quem inuocabunt dominum, cum fuerit Christus glorificatus, & homines docuerit quantę sit maiestatis ac gloriae, cum docuerit horribile iudicium suum, & compunxerit eos ad poenitentiam. Id quod die Pentecostes fieri cœptum est: Tunc enim innotuit Iesum omnium esse dominum qui iudex futurus sit admodum terribilis: tunc cōpuncti sunt homines ad veram penitentiam, dicētes Apostolis: Quid faciemus viri fratres? tunc inuocaverunt nomen domini Iesu. Tunc autem cuique magnus & horribilis est dies domini Iesu, cum maiestate Iesu agnoscit, & timore iudicij eius veram agit penitentiam. Tertio loco dicit dominus apud Ioélem se daturum prodigia & ex cœlo & terra, antequam veniat dies domini magnus & horribilis; antequam veniat gratia Spiritus sancti, vt videlicet per illa prodigia certò deprehendi posset quis sit magnus ille dominus et horribilis, qui inuocatus salutem prestat. Prodigia autem ex cœlo fuerūt, quæcunque mirabilia ex cœlo facta sunt ad demonstrandum Iesum esse verum Christum: vt quod cœlestes angeli Christum natum pastoribus annuntiarent: quod stella apparuit: quod de cœlo vox venit in baptismo, et transfiguratione, et circa diem Palmarum: quod angelus annuntiavit Cornelio Centurioni: quod apparuit Christus Stephano, et allocutus est Paulum et similia. Ioél

Luc. 2.  
Matth. 2.  
Matth. 3.  
Matt. 17.  
Ioan. 12.  
Act. 10.  
Act. 8.  
Act. 9.

IN I. EPIST. IOANNIS

- Luc.23.** Ioël nominauit duo cœlestia prodigia, nempe quod Christo in cruce pendente Sol sit obtenebratus : et quod Spiritus sanctus in igneis linguis descendenter. Prodigia in terra, siue ex terra sunt omnia miracula Christi et Apostolorum, et omnia charismata Spiritus sancti. Horum vnum eximum Ioël recenset, nempe sanguinem, quod non de sanguine qui ex viuente fluit cum leditur intelligendum est, hic enim sanguis non est prodigium vel miraculum, sed de **Ioan.19.** eo qui ex latere mortui Saluatoris miraculosè profluxit, sicut recte interpretatur Hieronymus. Item de eo qui cum sudore de corpore Christi non sine miraculo emanauit, quale etiā miraculum fuit, quod de mortui Saluatoris latere aqua effluxerit. Similiter & Zacharias hæc tria cōiungit. Et primum quidem de Spiritu sancti effusione, sicut ait: Effundam super domum Dauid, & super habitatores Hierusalem spiritum gratiæ & precum . De sanguine autem adiecit: Et aspicient in quem transfixerunt, De gratia vero baptismi, sic dicit: In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hierusalem, in ablutionem peccatoris & menstruatae.
- Hic est qui venit per aquam & sanguinem Iesus Christus. Ad verbum sic est: Hic est ille veniens, siue ille venturus per aquam & sanguinem, id est, hic est ille de quo prædictum est à Moyse & Prophe-*

C A P V T V.

105

Prophetis quod venturus esset in mundum, ut per aquam baptismi & sanguinis sui quem effudit, virtutē homines saluaret. Ad quam rem designandam de latere suo iam mortuus, miraculosè & suprà naturam aquam & sanguinem produxit: sudorem quoque sanguineum, dum **Luc.22.** iuxta animā maximè affligeretur, in eiusdem rei signum emisit: Et què enim per animæ eius tristitiam, ut per corporis dolorem redempti sumus . Propriè autem sudor iste sacramentū pœnitentiarū typū gerit. Ex his ergo patet quod Iesus sit Christus ille Saluator quem prædixerunt, promiseruntque Prophetæ.

*Non in aqua solum, &c. venit hic Iesus, sicut de eo prædictum est, non in aqua solū, ut quæ sola ad placandum Deum inutilis sit: sicuti Moyses habuit lauacrum & sanguinem brutorum quæ Deum placare non poterant: Sed venit sanguinem etiam suum effundēs, etiūque admodum preciosum, qui Deum verè placat, per quem sanguinem fit, ut & aqua coram Deo mundare posset . Non venit Iesus in aqua solum, sicut **Math.3.** Joánes Baptista, habēs aquæ baptismum à Deo quidem institutum, sed solum in signum pœnitentiæ. Christus baptismum suum instituit, & sanguinem suum in precium effudit, cuius virtute fit, ut aqua nō tantum signum sit, sed verè hominem regeneret, & tam robustum faciat, ut mundum vincat. Non venit Christus per aquam*

P aquam

**Marc.1.**  
**Ioan.1.**

Paulò post ini-  
tiū lib. 5.  
Luc. i.

quam solum , vt stolidi Ebionitæ quotidie se lauantes, arbitrantes mera aqua Deum placari, nullo facto redemptoris respectu; Iesum enim Prophetam tantum , non redemptorem faciebant. Nam Christus ita baptismum instituit, vt Deum placet, non quatenus externa lotio est, sed quatenus per eum effusus Christi sanguis efficax est. Non venit Christus in aqua tantum, quod improbi Ebionitæ in mysterijs suis representant, nō vinum aqua mistū, sed aquam meram offerētes . Quia enim Iesum hominem tantum esse credunt, sanguine eius humanum genus redemptum esse negant: eoque in sacrificijs suis vino non vtuntur in vana solius aquæ ceremonia confidentes . Videtur ergo propriè Ioannes illud , *non in aqua solum* , dicere contra Ebionitas , de quorum errore in prefatione huius epistola à nobis dictum est. Et de his sic dicit Irinæus : Vani Ebionei vnitatem Dei & hominis per fidem nō recipientes in animam suam, sed in veteri generationis perseverantes fermento : Neq; intelligere volentes , quod Spiritus sanctus aduenit in Mariam, & virtus altissimi obumbravit eam, quapropter & quod generatum est, sanctum est, & filius altissimi Dei Patris omnium; qui operatus est incarnationem eius, & nouam ostendit generationem: vti quemadmodū per priorem generationem mortem hæreditauimus, sic per genera-

generationem hāc hæreditaremus vitam. Reprobat itaque hi commixtionem vini cœlestis, & sola aqua secularis volunt esse, nō recipientes Deum ad commixtionem suam : Perseuerant autem in eo quo victus est Adam, & projectus est de paradiso.

*Et spiritus est qui testificatur, quoniam Christus est veritas, quasi dicat :* Hæc testimonia baptismi à Iesu instituti, etiisque passionis, in qua miraculose etiam sanguinem & aquam effudit, si cui forrè parui esse momenti videatur: est & aliud testimonium valde illustre à Prophetis sèpè prædictum , nempe Spiritus sanctus , qui post gloriosum Christi in celos ascensum veram poenitentiam, fidem in Iesum, veniam & consolationem, ac alia multa charismata, in hominibus operatur . Quibus donis aperte testatur Spiritus sanctus quod Christus sit veritas , verus Deus, verax in omni quam tradidit doctrina, id quod de eo Christus ipse dixit : Ille , in- *Ioan. 5.* quit, testimonium perhibebit de me . Et iterum: *Ille me clarificabit.* Et Petrus in Actis testatur: *Ioan. 16.* Nos sumus testes horum verborum , & Spiritus sanctus quem dedit Deus omnibus obediëtibus sibi. Pro eo quod nos habemus (Christus est veritas) codices legunt, Spiritus est veritas, vt sit sensus : Spiritus sanctus testatur de Iesu quod sit Christus & filius Dei, & testimonium eius modis omnibus est recipiéendum: quia

IN I. EPIST. IOANNIS

spiritus est veritas, & mentiri non potest. Beda nostram sequitur lectionem.

*Quoniam tres sunt, qui testimonium dant in cœlo. Hoc, inquit, testimonium omnino recipiendū est, quia sicut tres persona testificantur ex cœlo desuper, quod Iesu sit filius Dei, sic per ista tria quæ iam adduxi datur in terris à domino Deo testimonium de Iesu, quod sit filius Dei : pater de cœlo testificatus est Iesum esse filium*

Matth.3. suum, quādo ait cœlis apertis: *Hic est filius meus dilectus.* Item cum dixit, Clarificaui & iterū

A&t.8. clarificabo. Filius de se testificatus est ex cœlo, quando Stephano visus est ; quando Paulo di-

A&t.9. xit: *Ego sum Iesus Nazarenus, etc.* quando co-

Galat.1. ram Apostolis in cœlum ascendit: *Quādo Pau-*

Matth.3. lum Euangeliū docuit: & alias frequenter.

Spiritus sanctus de cœlo testatus est de Christo, quādo in columba specie super ipsum descen-

A&t.2. dit ; quando in die Penthecostes repentinus de cœlo factus est sonus . Omnes tres persona te-

Dan.9. state sunt ex cœlo de Christo , quando toties angelos de cœlo miserunt, ut de Christo quip-

Luc.1. 2. piām hominibus nuntiarent : quādo moriente

Luc.23. Christo sol obscuratus est, & ipso nascente stel-

la nouæ claritatis apparuit.

*Et hi tres vnum sunt, id est, Pater, Filius, & Spi-*

*ritus sanctus, vnum sunt, in essentia : Non vnum,*

*sed tres proprietate personarum à se differētes,*

*qui vna interim essentia sunt: quod designatur*

per vo-

C A P V T V.

107

per vocem neutri generis, vnum. Sicut & Chri-  
stus in Euangelio dicit: *Ego & Pater vnum su-*  
*mus.* Dicit (sumus) quia Pater & Filius duæ di-  
finitæ sunt persona. Dicit (vnum) quia vnam  
numero & omnino eandem essentiam habent.  
Quia autem tres persona vnum sunt in essen-  
tia, idè à se innicem in testimonio non diffe-  
runt, sed omnino concordes sunt & idē testan-  
tur. Ideoque sicut in lege Mōysi dicitur: *In ore Deut.19.*  
duorum vel triū testimoniū stabit omne verbum;  
Testimoniū sanctæ Trinitatis firmissimè et in-  
dubitatè est ab omnibus recipiēdum. Sic Chri-  
stus in Euangelio dicit: *In lege vestra scriptum Ioan.8.*  
est: quia duorum hominum testimonium ve-  
rum est. Ego sum qui testimonium perhibeo  
de meipso, & testimonium perhibet de me qui  
misit me Pater.

*Et tres sunt qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis, hoc est : Similiter & in terra deorsum per tria dat Deus testimonia, Iesum esse Christum & filium suum. Ea autem sunt, Spiritus sanctus gratia sua operationibus id contestans & afferens : Aqua baptismatis per aquam de Christi latere miraculosè profluē-  
rem designata: & sanguis redemptionis, qui et ipse non sine miraculo de mortui Salvatoris latere profluxit.*

*Et hi tres vnum sunt. Græcè est, hi tres in vnu*  
vel ad vnu sunt, sed hoc coincidit cum nostra

P 3 lectio-

lectione. Locutione enim scripturæ: Ego ero illi in patrem, idem est, ac si Latinè diceretur; Ego ero illi pater: sic idem est, Sunt in vnum, Sunt vnum. Dicuntur autem hæc vnum esse, non quomodo Pater, Verbum, et Spiritus sanctus; sed quia idem testantur, nempe quod Iesus sit filius Dei. Aliter exponit Aug. sicut videbimus infra, ubi etiā de varierate lectionum differemus. Porro primo loco ponitur Spiritus sancti testimonium, quia hoc perpetuo in Ecclesia perdurat, ac reliquis duobus testimonij aquæ & sanguinis fidem facit: Nihil enim restarentur ac persuaderent, si eius deesset operatio. Semper enim Spiritus sanctus & fidem in Christum & pietatem usque ad finem seculi operatur: atque ita credibilia facit omnia Dei testimonia, alioqui incredibilia. Qua de re vide August. lib. 22. de ciuitate Dei cap. 5. Secundo loco ponitur testimonium aquæ, quia baptismus usque ad finem seculi in Ecclesia visibiliter celebratur, & si aquæ quaæ miraculosè ex latere Christi profluxit, iam non videatur. Tertio loco recèsetur testimonium sanguinis, quia Christi sanguis sub propria specie semel duntaxat, eo videlicet moriente conspectus est. De triplici autem huius loci testimonio notare oportet, quod etiam apud veteres variarunt codices: Nam Græci ferè omnes sic habent: Quoniam tres sunt qui testimonium dant in terra, Spiritus, aqua,

aqua, & sanguinis, & hi tres in vnum sunt: Nulla facta mentione triplicis testimonij de celo Patris, Verbi, & Spiritus sancti. Sic etiā legit Ambrosius lib. 3. de Spiritu sancto cap. 12. atq; hæc tria, ut nos fecimus, interpretatur. Audi, inquit, quomodo spiritus menté renouat. Aqua perficit ad lauacrum, Sanguis spectat ad premium, Spiritus enim nos per adoptionem filios Dei fecit: sacri fontis vuda nos abluit: Sanguis domini nos redemit. Alludere verò Ioannem ad miraculum sanguinis & aque fluentis de latere Christi mortui, ostēdit Ambrosius in illud Lucæ: Occurret vobis homo amphoram aquæ portans. Aquā (inquit) cū de latere Saluatoris erumperet percussores viderunt & crediderūt, & ideo regenerationis nostræ de tribus vna est testimonio: Tres enim testes, aqua, sanguis, & spiritus. Aqua ad lauacrum, sanguis ad premium, spiritus ad resurrectionem. Vide eundem lib. 1. de Spiritu sancto cap. 6. Et lib. de ijs qui mysterijs initiantur, cap. 4. Cum Ambrosio cōsentit Cyrius, & interpretatur lib. de recta fide ad Reginas. Leo quoque epistola ad Flauianum posito loco Ioannis, & omisso testimonio Trinitatis: Spiritus itaque (inquit) sanctificationis, & sanguis redemptionis, & aqua baptismatis, que tria vnum sunt, & indiuidua manent. Hos Beata sequitur & lectione & interpretatione.

August. similiter legit, & omittit testimonio: Lib. 3. cō-

IN I. EPIST. IOANNIS

era Maxi  
minum  
cap. 22.  
Ioan. 19.

nium Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti: sed spiritum interpretatur animam Christi. De qua scriptum est: Et inclinato capite, tradidit spiritum. Sanguinem et aquam accipit, quæ de latere Salvatoris fluxerunt: quæ tria, inquit, si per se ipsa intuemur, diuersas habent singula quæque substantias, et per hoc non sunt unum. Si vero ea quæ his significata sunt velimus inquirere, non absurdè occurrit ipsa Trinitas, Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus, de quibus verissimè dici potuit, tres sunt testes, et tres unum sunt, ut nomine spiritus significatum accipiamus Deum Patrem. De ipso quippe ait Christus: Spiritus est Deus: Nomine sanguinis filium, quia verbum caro factum est: Nomine aquæ Spiritum sanctum. Cum enim de aqua loqueretur Iesus quam datus erat sitiéibus, ait Euangelista: Hoc autem dixit de spiritu, quem accepserunt erant credentes in eum. Haec Aug. Qui etsi codicem habuit testimonio Trinitatis carentem, hoc tamen loco eius mentionem fieri existimauit. Verum meminisse hic oportet quod

Ioan. 4. suprà circa illum locum, Omnis qui soluit Iesum, ex Deo non est: ex historia Socratis annotauimus hanc epistolam à quibusdam fuisse de prauatam, qui conaréntur à Christo diuinitatem separare. Id quod & hoc loco accidisse diligenter annotauit Hieronymus in epistola quam septem Catholicis epistolis praefixit, quam cur ex ope-

C A P V T V.

109

ex operibus Hieronymi Erasmus sustulerit, summopere mirandum est. Sic igitur habet Hieronymus. Una (inquit) epistola est Iacobi, duæ Petri, tres Ioannis, & Iudæ una. Quæ si sicut ab eis digestæ sunt, ita quoque ab interpretibus fideliter in Latinum verteretur eloquium, nec ambiguitatem legentibus facerent, nec sermonum fæse varietas impugnaret, illo præcipue loco, ubi de unitate Trinitatis in prima Ioannis epist. positum legimus. In qua etiam ab infidelibus translatoribus multum erratum esse à fidei veritate comperimus, trium tamen modo vocabula, hoc est, aquæ, & sanguinis, & spiritus, in ipsa sua editione ponentibus, & Patris Verbi que ac Spiritus testimonium omnientibus: In quo maximè & fides Catholica roboratur, & Patris, ac Filii, & Spiritus sancti una diuinitatis essentia corrobatur. Haec Hieronymus.

Certe Higinius martyr & octauus à Petro Pontifex, sic citat hunc locum epistola prima. Tres sunt qui testimonium perhibent in terra, aqua, sanguis, & caro, & tres in nobis sunt. Et tres sunt qui testimonium dant in celo, Pater, Verbum, & Spiritus, & hi tres unum sunt. Nos itaque, inquit, in natura diuinitatis, quia unum sunt Pater, Filius, & Spiritus sanctus, nec Patrem credimus aliquo tempore præcessisse ut maior sit Filio, nec Filium postea natum esse, ut diuinitate Patris minoretur. Hanc Higinij lectio-

IN I. EPIST. IOANNIS

In opere lectionem ad verbū habet Idacius Clarus lib.  
cui titu- aduersus Varimadum Arrianum . Cyprianus  
lus, Hæ- quoque tractatu tertio de simplicitate Præla-  
re seolo- torum: Dicit dominus, inquit, ego & Pater vnu  
gia. sumus. Et iterum de Patre, & Filio, & Spiritu  
I. Ioan. 10 sancto scriptum est: Et tres vnum sunt. Quem  
I. Ioan. 5 locum citat ex Cypriano Fulgentius respon-  
sione decima ad obiectiones Arrianorum . Et  
Lib. I. Athanasius in lib. de vnlita deitate Trinitatis ad  
Theophilū: Tres sunt, inquit, qui testimonium  
dicunt in cœlo, Pater, & Verbum, & Spiritus,  
& in Christo Iesu vnum sunt, non tamen vnu  
est, quia nō est eorum vna persona. Vides quia  
in deitate & substantia plenitudinis per omnia  
vnum sunt, & in nominibus personarum tres  
sunt? Et in fine libri: Tres sunt qui testimo-  
nium dicunt in cœlo, Pater, Verbum, & Spir-  
itus, & hi tres vnum sunt. Hæc Athanasius.

Vigilius quoque martyr in disputatione in-  
ter Sabellium, Fotinum, Arrium, & Athana-  
sium, quod opus falso Athanasio inscribitur:  
Quid, inquit, & lauacrum quod peccatorum  
remissionem præberet, & viuificum, & sanctifi-  
cum, sine quo regnum celorum nemo videbit,  
nonne in beata nominatione fidelibus datur?  
Sed ad hæc omnia Ioannes etiam dicit: Et tres  
vnum sunt. Nostro quoq; tempore duo Græci  
codices manu scripti reperti sunt, vnu in An-  
glia, et alter in Hispania: quorum uterque hoc  
loco

C A P V T V.

110

loco testimonium habet Patris, et Verbi, et  
Spiritus sancti. Concilium quoque Lateranense  
sub Innocentio tertio celebratum (cui etiam  
Patriarchæ Græci interfuerūt) canone 2. ostendit  
codices suo tempore sic habuisse, sicuti nūc  
legimus. Admonet nihilominus diligenter,  
quod Abbas quidam nomine Ioachim docue-  
rit non esse veram vnitatem triū personarum,  
sed eas sic dici vnum, sicut illi, quorum est vna  
voluntas. Vtebatur autem arguento ex hoc  
loco sumpto: quia videlicet sicut de Patre, et  
Filio, et Spiritu sancto scriptum est, quod tres  
vnum sint: Sic eodem loco de spiritu, aqua, et  
sanguine, quod tres vnum sint. Proinde autem  
addit Cōcilium, (sicut in quibusdam codicibus  
inuenitur) satis indicans illud (et hi tres vnum  
sunt) non in omnibus codicibus spiritui, aqua,  
et sanguini, additum reperiri. Sanctus quoque  
Thomas, exponens Decretalem iam dictam  
Concilij Lateranensis, opusculo 24. Tres sunt  
(ait) qui testimonium dant in terra, scilicet spi-  
ritus, aqua, et sanguis. In quibusdam libris ad-  
ditur (et hi tres vnum sunt), sed hoc in veris  
exemplaribus non habetur: Sed in quibusdam  
libris dicitur esse appositorum ab hereticis Arria-  
nis ad peruerendum sanum intellectum au-  
thoritatis præmissæ de vnitate essentiali trium  
personarum. Hæc Thomas. Hanc partē omit-  
tit Innocentius tertius, in Decretali, quæ inci-  
pit, In

pit, In quadam &c. & ponitur in Decretalibus tit. de celeratione Missarum: Codices quoque iam dicti Anglicanus & Hispaniensis eadē carēt particula. Vidi ego tria vetusta Missalia, vnum scriptū, duo impressa, in quibus etiam hęc particula deērat: quemadmodum & in exemplari quodā quod extat Louanijs in Bibliotheca Ecclesie D. Petri: altero item quod ibidem in Abbatia D. Gertrudis afferuatur. Ex quibus omnibus hęc videtur vera esse huius loci lectio. Quoniam tres sunt qui testimonium dant in cōlo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres vnum sunt. Et tres sunt qui testimonium dant in terra, Spiritus, aqua, & sanguis. Aut potius ut codex quidam apud nos Ecclesie B. Petri habet: Tres sunt qui testimonium dant in terra, Spiritus, aqua, & sanguis: et tres sunt qui testimonium dant in cōlo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus, & hi tres vnum sunt.

Si testimonium hominū accipimus: testimonium Dei maius est. Pergit hortari ad fidem in filium Dei. Si, inquit in rebus politicis hominum recipimus testimonium, certe diuinū testimonium, siue id supernē de cōlo, siue infernē de terra detur, omni fide dignissimum est & ab omnibus recipiendum. Quoniam hoc est testimonium Dei, &c. id est, hoc autem maius testimonium Dei, quo testifatus est de filio suo, dicēs Iesum esse filium suum. Qui credit in filium Dei, id est, qui credit Iesum esse filium Dei, habet testimonium Dei

Dei in se, quia credit quod Deus testatus est, etimque veracem esse ipso opere demonstrat, tres habet in se testes inhabitates, Patrem, Verbum, & Spiritum sanctum, qui eum illustrant, eique testimonio suo persuadent ei, Iesum Dei esse filium: habet in se spiritualem munditatem aqua baptismatis inductā, habet fructum sanguinis Christi: habet spiritum Christi, qui facit eum per Christum clamātem ad Deum, Abba Pater, habet Deum sibi testificantem quod per naturalē suum filium filius sit ipse adoptiuus.

Galat. 4.

*Qui non credit in filio, mendacem facit eum, &c.* hoc est, Qui non credit Iesum esse filium Dei, frustrā sibi de Deo Patre blanditur: frustrā sperat eum sibi fore propitium; Afficit enim grauiissimā Patrem iniuria, opere ipso mendacem eum faciens, dum testimonio eius non credit. Idem hoc Ioānis dictum in quemuis torqueri potest, qui aliquem fidei articulum credere recusat, quia videlicet testimonium Dei, quo Spiritus sanctus in terra per Catholicā Ecclesiam testatur, nō recipit, quasi Spiritus sanctus mentiri posset.

*Et hoc est testimonium. quoniam vitam eternam dedit nobis Deus.* Non solum (inquit) testatus est Deus, Iesum esse filium suum, sed etiam hoc testatus est, quod Deus dederit nobis vitā eternam. *Et hęc vita in filio eius est,* id est, vita hęc eterna per filium nobis datur, & in fide & confessio-

*IN I. EPIST. IOANNIS*

fessione nominis eius; in perceptione sacramentorum, in obseruatione mandatorum eius comparetur. Pulchre autem ait Ioannes, *Dedit; quia & viram æternam in creditibus inchoauit, & eius plenitudinē certò datus est, propter certitudinē enim dicitur fecisse Deus quæ facturus erat, ut & apud Lucam: Fecit redemptionē plebis suę, id est, faciet.* Dedit autē nobis Deus vitam æternam, si viua fide filio adhæreamus, sicut subdit Ioannes: *Qui habet filium Dei, habet vitam, id est, qui filium Dei, per fidem & charitatem eius imitatur, habet vitam æternam.* Non igitur hic dicit Ioánes quod quilibet certus esse debeat sese in æternum saluandum; sed quod quisquis filium habet seu quisquis filio adhæret, habet vitam æternam. Sçpè testatus est hoc pater, quod Christus sit Saluator noster ad vitam æternam, & per Ioánum Baptis̄tam, qui primus pr̄dictauit regnū cœlorum, & per angelos, & per ipsum filium suum. Item quando dixit: *Ipsum audite. Nihil autem maius desiderat homo ex naturali ac bono instinctu, quam vitam felicem atque æternam: nec vila meditationis homini utilior, ut temporales voluptates contemnat, quam vita venturi seculi, quæ in æternum durabit, vel in perfecta felicitate, vel summa miseria.* Sūmopere igitur necessarium fuit, ut Deus doceret homines vitam venturi seculi, & per quæ in æternam miseriā evadere, & exi-

*Joan. i.  
Luc. i. 2.  
Joan. 3.  
Matt. 17*

*C A P V T . V.*

112

& æternam felicitatem possent adipisci. Non mirum igitur, si Ioannes specialiter hoc Dei testimonium recēseat, quia in isto totius religio-  
nis cardo versatur.

*Hac scribo vobis ut sciatis quoniam vitam habetis æternam, id est, quantum dignitatis sitis vos fideles, quam nobiles, quantum exaltati, & quem fructum sitis assecuturi, per Iesum crucifixum Dei filium, habet enim quicunq; credit in eum vitam æternam.*

*Et hæc est fiducia, quam habemus ad Deum, &c.* Non solum, ait, expectamus à Christo vitam æternam, sed in hac etiam vita tantam erga Deum habemus fiduciam, ut quicquid secundum eius voluntatem petierimus, exaudiendi simus. *Et si scimus quia audit nos* (inquit) *id est, quod exaudit nos: Scimus quod habebimus quicquid ab eo petimus, neque enim infirmus & impotens est ut quod vult præstare nō pos- sit: id quod hominibus accidere interdum solet, qui amicorum votis satisfacere si possent, libenter vellent. Fidei est, quod Deus exaudiat fidelem in omni petitione quam secundum vo- luntatem eius petit. Sed Ioannes fiduciam vo- cat siue spem, dum de se & alijs Christianis lo- quitur: quia etsi benè speraret se Deo placere & se nihil à Deo nisi secundum voluntatē eius petere: id tamen certo de se statuere non audebat, sicut coapostolus eius Paulus: Meipsum 1. Cor. 4: (inquit)*

**IN I. EPIST. IOANNIS**

(inquit) non iudico, nihil enim mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Obseruāda

**Bedain hunc locum.** est autem conditio, quam adiunxit Apostolus:

**Vt secundum voluntatem Dei petamus, quod bifariam accipitur, vt scilicet ea quæ ipse iussit**

**Matth. 6. petamus. Dicit autem ipse: Primum querite regnum Dei & iustitiam eius, quod etiam in**

**Matth. 6. Oratione dominica inserere præcipimus: Fiat**

**Rom. 8. voluntas tua, scilicet non nostra. Si autem & il-**

**Marc. 11. lud Apostoli recordemur: Quid oremus, sicut**

**oportet nescimus; intelligimus nos nonnunquam saluti nostræ contraria postulare, & commodissimè nobis ab eo qui utilitatem nostram rectius quam nos intuetur, ea quæ poscimus denegari. Ergo super his ratum plenam nos & indubitate iussit exauditionis habere fiduciam, quæ non nostris commodis, nec solatijs temporalibus, sed domini congruat voluntati. Secundo illud (secundum voluntatē eius) etiam hoc significat, vt nos ipsi tales quales nos esse Deus desiderat, ad rogadum veniamus. Quod est habere fidem, quæ per dilectionem operatur. Et ante omnia meminisse illius Euangelici mādati. Et cum stabitis ad orādum, dimittite, si quid habetis aduersus aliquē, vt & pater vester qui in cœlis est dimittat vobis peccata vestra.**

**Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, &c. Quia voluntas Dei est, vt non solum pro nobis, sed etiam pro alijs oremus, ostēdit Ioannes quan-**

**C A P V T V.**

113

**nes quando pro alijs simus imperatruri, quando non: explicans simul quomodo verum sit, (quia quodcumque petierimus secundum voluntatem eius audit nos). Qui scit, inquit, fratrem suum peccare grande aliquid peccatum, per quod etiam vita amittitur, tale tamē, quod non sit ad corporalem usque mortem eius duraturum, quia videlicet proposuerit illum Deus ex eo peccato eripere, petat à Deo, Et dabitur ei vita, animæ scilicet & æterna, à qua per peccatum exciderat: peccanti non ad mortem, id est, modo proposuerit eum Deus ante mortem eius corporalem à peccato suo eripere. Gracē est, Petat, & dabit ei vitam, scilicet Deus, vel ipse frater. Nam & hic vitam dare dici potest, quia eam à Deo impetrat. Rursus pluraliter: Peccantibus non ad mortē, quasi diceret Ioannes. Non vni tantum, sed omnibus non peccantibus ad mortē vita à Christo impetratur.**

**Est peccatum ad mortem, non pro illo dico vt roget quis, hoc est, quorundam grande peccatum ad mortem usq; durat corporalem, nō mando vt aliquis Christianus pro tali peccato roget, imò vero, ne quisquam id faciat,**

**Omnis iniquitas peccatum est, id est, omnis iniustitia, siue iniuria est peccatum: sed magnum est inter peccata discrimen. Quorundam enim scelera ad mortem usque corporis perdurant: quorundam autem Deus miseretur, vt ante**

**Q. mortem**

## IN I. EPIST. IOANNIS

mortem ab iniuitate resurgat. Recensetur in nostro textu vna peccati species , nempe peccatum ad mortem , vt altera subintelligatur, nempe peccatum non ad mortem . Gracè legitur , Est peccatum non ad mortem , & subintelligitur peccatum ad mortem . Gelasius Papa vtrunque legit . Obscurus est iste locus, sed clarus fiet & facilis, si ad scopum & intentionem Ioannis respiciamus . Quia enim dixerat iustos impetrare quicquid petunt secundum Dei voluntatem , docet quando pro fratribus mortaliter peccatisbus Christiani orates exaudiantur : Tunc videlicet, si pro quibus rogant, filii pacis sint, si iudicio misericordia Dei digni habeantur, vt à sua impietate eruantur , si filii sunt promissionis . Si autem tales non fuerint, decreuerit Deus iusto suo iudicio , sicut digni sunt eos in prauitate sua relinquere, tunc quod petunt, non impetrabunt . Verum non debet hoc contristare fideles , vel fiduciam eorum deijcere: quia nō est voluntas Dei , nec licitum orare vt Deus eos conuertat, quos propter sua peccata statuit à facie sua proijcere . Idem igitur docet hic locus, quod Christus in Euangelio, vbi discipulis suis ait: Intrátes in domum salutare eam, dicentes: Pax huic domui . Et si quidem fuerit domus digna, veniet pax vestra super eam, si autem non fuerit digna , pax vestra reuertetur ad vos . Et apud Lucá: In quācupque

De vinculo ana  
thema.  
tis.

Luc. 10.

Mat. 10.

Luc. 10.

## C A P V T . V.

114

cunque domum intraueritis , dicite primum: Pax huic domui, & si ibi fuerit filius pacis, requiescer super illam pax vestra: sin autem , ad vos reuertetur . Ad nos (inquit August.) qui Lib. de nescimus quis nam sit filius pacis aut non sit, quis pertineat ad prædestinatōrum numerum, quis non pertineat: pertinet nullum exceptum facere, nullumque discernere, sed velle omnes saluos fieri quibus prædicamus pacem , quam habent iustificati per fidem ad Deum . Neque enim metuendum est ne perdamus eam, si ille cui prædicamus non est filius pacis, ignorantibus nobis: ad nos enim reuertetur, id est, nobis proderit hæc prædicatio non & illi : Si autem super eum pax prædicta requieuerit, & nobis, & illi . Hec August. Sicut igitur docet dominus quibus proficit Apostolorum prædicatio, precatio, item & salutatio, quibus verò non, cum tamen omnibus prædicens & omnes salutent, sic docet hoc loco Ioannes pro quibus peccatoribus impetrant iusti, & pro quibus non impetrant, cum tamen pro omnibus rogent.

Amplius autem quiddam habet hic locus iste, quam illi ex Matthæo & Luca citati. Docet enim etiam imitari dominum, qui sic orat: Non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti Ioan. 17<sup>o</sup> mihi, quia tui sunt, vt videlicet in omni oratione nostra quam pro alijs fundimus , discamus voluntatem nostram penitus Deo subiçere, &

Q 2 non

**I N I . E P I S T . I O A N N I S**

non orarē pro quoquam, si Deus eum penitus ab ijcere statuerit, abstineamūsq; ab huiusmodi precationis formula : Domine etiam si statueris & firmiter decreueris hunc hominem ob peccata sua damnare , obsecro vt miserearis eius . Hinc sancti quando pro valde sceleratis orant , quandōque etiam expresse conditionem adjiciunt, qua se pro electis tantum

**PSAL. 107.** orare significant, sicut Psalmista : Exaltare super cœlos Deus & super omnem terram gloria tua, ut liberentur delicti tui. Et sancta Anastasia sic ad Chrysogonum scribit de celestissimo suo marito. Deprecor te o homo Dei ut instanter depreceris dominum, ut aut ad fidem suam venturum si præuidet Publum faciat venire, aut si præuidet eum in hac infidelitatis peruersitate permansurum, iubeat eum dare locum suis cultoribus . Melius est enim ei exhalare spiritum, quam Dei filium denegare, & cum confitentes impedire. Sic & Prudentius pro Symmacho idololatriæ defensore deprecatur.

In Prafa. contra Symmachum.

*Saluator generis Romulei precor,  
Qui cunctis veniam das pereuntibus,  
Qui nullum statuis non operis nisi  
Mortalem, facili quem releues manu:  
Huius, si potis est, iam misereficio  
Praruptam in foveam precipitis viri.  
Spirat sacrilegis flatibus inscius.*

*Erro-*

**C A P V T V.**

115

*Error esque suos indocilis fouet,  
Obtestor iubeas ne citus impetus  
Arsurum medij insérat ignibus.*

Nostram hanc peccati ad mortem interpretationem habet & Hieronymus scribēs in 14. cap. Hieremiæ, ubi tractat similem locum. Dominus dixit ad me: Noli orare pro populo isto in bono. Cum ieunauerint nō exaudiam preces eorum , & si obtulerint holocaustomata & victimas non suscipiam eas , quoniam gladio, fame, & peste ego consumam eos. Stultum est (inquit Hieronymus) orare pro eo qui peccaverit ad mortem,dicēte Ioanne: Est peccatum 1. Ioan. 5 ad mortem,nō pro illo dico ut roget quis. Qui semel gladio & fami & pesti fuerit deltinatus, nullis precibus erui potest. Vnde & Prophetæ dicitur , ne frustra roget quod impetrari non possit. August. quoque lib. de correp. & gratia cap. 12. De hoc , inquit, peccato , quoniam non expressum est , possunt multa & diversa sentiri. Ego autem dico id esse peccatum,fidem quæ per dilectionem operatur deserere usq; ad mortem. Et lib. 1. Retractionum cap. 19. Peccatum, inquit, fratribus ad mortem , de quo dicit Ioannes Apostolus: Non pro illo dico ut roget ibidem. quis, ita definiui, ut dicerem : Peccatum ergo fratribus ad mortem puto esse,cum post agnitionem Dei per gratiā domini nostri Iesu Christi quisque oppugnat fraternitatem, & aduersus Q. 3 ipsam

IN I. EPIST. IOANNIS

ipsam gratiam, qua reconciliatus est Deo, inuidentię facibus agitatur. Quod quidem nō confirmant, quoniam hoc putare me dixi, sed tamen addendū fuit, si in hac tam scelerata mentis peruersitate finierit hanc vitam: quoniam de quoque pessimo in hac vita constituto, non est vtique desperandum, nec pro illo imprudenter oratur, de quo non desperatur. Hęc August. Vnde valde mirandum, cur in commentario Bedę & Glossa ordinaria recitentur prædicta verba Aug. ex 1. lib. de serm. dom. in mōre: & omittātur verba rēractionis. Similiter Gelasius Pōtifex in tomo de Anathematis vinculo, sic habet. Dicit Ioannes Apostolus: Est peccatū ad mortē, nō dico vt oretur pro eo. Et est peccatū nō ad mortē, dico vt oretur pro eo. Et est peccatū ad mortē in eodē peccato mānētibus: Et peccatū nō ad mortē ab eodē peccato recedētibus. Nullū est quippe peccatū, pro quo aut non oret Ecclesia remittēdo, aut quod data sibi diuinitus potestate desistētibus ab eodem non possit absoluere, vel pœnitētibus relaxare. Similiter Gregorius Moral. lib. 16. c. 31. definit peccatum ad mortem, à quo ante mortem non receditur. Patet igitur Ioannē hoc loco non docere, quod pro aliquo hic viuente quantūvis grandi peccatore, non sit orandum, cū præceperit dominus, vt pro pessimis etiam Matth. 5. qui fidem persequuntur & iustos occidunt, ore-

mus.

C A P V T V.

116

mus. Omnipotenti enim facilissimum est quantumlibet prauam voluntatem ad se cōuertere & sibi subdere. Infinita bonitas omnem prauitatem excedit: nullum bonum est Deo impossibile, nullum malū insanabile. Ex dictis etiam patet non licere orare pro his qui in infidelitate vel manifesta impietate corporaliter mortui sunt. Nunc enim propterea pro ijs orat Ecclesia, quos in genere humano habet inimicos, quia tempus est pœnitentia fructuosa. Nam quid maximē pro eis orat, nisi vt det illis Deus 2. Tim 1. pœnitentiam, & resipiscant de diaboli laqueis, à quo captivi tenentur secundum ipsius voluntatem? Denique si de aliquibus ira Ecclesia certa esset, vt qui sunt illi, etiam nosset, qui licet adhuc in hac vita constituti, tamen prædestinati sunt in aeternum ignem ire cum diabolo: tam pro eis non oraret, quam nec pro ipso diabolo. Sed quia de nullo certa est, orat pro omnibus dumtaxat hominibus inimicis suis in hoc corpore constitutis, nec tamen pro his omnibus exauditur. Pro his enim solis exauditur, qui et si aduersantur Ecclesię, ita tamen sunt prædestinati, vt pro eis exaudiatur Ecclesia, & filij efficiantur Ecclesię. Si qui autem usque ad mortem habebunt cor impœnitens, nec ex inimicis conuertentur in filios, nunquid iam pro eis, id est, pro talium defunctorum spiritibus orat Ecclesia? Cur itañ nisi quia iam in parte diaboli

Aug. 1. 21  
de ciuit.  
Dei, c. 14

Q. 4 compu-

## IN I. EPIST. IOANNIS

computantur, qui dum essent in corpore, non sunt translati ad Christum? Eadem itaq; causa est, cur non oretur tūc in extremo iudicio pro hominibus in æterno igne puniédis, quæ causa est, vt neque nunc neque tunc oretur pro angelis malis: quæ itidem causa est vt quamuis pro hominibus nunc viuis oretur, etiam malis, tamen iam nec nūc oretur pro infidelibus, impiisque defunctis. Hęc August. Hieronymus lib. 2. contra Iouinianum, docētem omnia peccata esse æqualia, paulò aliter tractat hunc locum. Audi (inquit) Apostolum Ioannem: Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabit ei vitam peccanti non ad mortem. Qui verò peccauerit ad mortem, quis orabit pro eo? Cernis si quod pro peccatis minoribus deprecemur, impetreremus veniam. Si pro maioribus, difficilis impetratio sit. Et inter peccata & peccata magnam esse distatiam. Similiter Ambrosius lib. 1. de pœnitentia ca. 9. interpretatur. Perfecti (inquit) precatores in delictis maximis sunt requirendi. Nam si quinque de populo orent, non exaudiuntur.

<sup>2. Ioan. 5.</sup> Vnde Ioannes: Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat & dabit illi vitam Deus, quia nō peccat ad mortem. Est peccatum ad mortem, non de illo dico vt oret. Non enim ad Moysen & Hieremiā loquebatur, sed ad populum, qui suorū peccatorū aliū precatores deberet exhibi-

## C A P V T V.

117

exhibere: cui satis est si pro leuioribus delictis Deū preceatur: grauiorū veniā iustorū orationibus referuandam putet. Hęc Ambros. Quæ hac tenus vera esse intelligenda sunt, quia meritum imperfectorum Christianorum per se exiguum est, nec multum auget gemitum totius Ecclesię, ad quam tāquam sponsam suam, Christus peculiariter respicit, dum & perfectos & imperfectos exaudit, iuxta quod ait Apostolus: Ipse spiritus postulat pro nobis gemitus inenarrabilibus: hoc est, excitat in Ecclesia preces & gemitus inenarrabiles propter multitudinem quæ in unitatem redigitur: Qui autem scrutatur corda, scit, id est, approbat & exaudit, quid desideret spiritus. Si consideretur igitur Christiani imperfecti oratio, vt cōiuncta orationi totius Ecclesię, etiam ipsa in delictis maximis adhibenda est, & à Dō exauditur: præsentim, si humili propriè imperfecti agnitione condicatur, & in totius tamen Ecclesię precibus plus fiducia collocetur. Quo modo orat quilibet sacerdos: Domine ne respicias in Cana peccata mea, sed fidem Ecclesię tuę. Vnde omnibus præcipit Christus, etiā imperfectis: Orate pro perseverentibus & calumniantibus vos. Matth. 5. Et Ioēl Propheta pro sceleribus populi orare iocel. 2. iubet, omnes tā perfectos quām imperfectos. Et Niniuitæ omnes orabant, pro ciuitatis sce- Ioan. 3. leribus Deum deprecabantur. Imò Christus in

Q 5      Ora-

IN I. EPIST. IOANNIS

- Oratione Dominica omnes Christianos pro omnibus orare vult, dum docet nos dicere in Matth. 6. plurali numero : Dimitte nobis debita nostra. Vnde ipse Ambrosius in 5. cap. Lucæ . Si graviūm (inquit) peccatorum diffidis veniam, adhibe precatores , adhibe Ecclesiam, quæ pro te preceretur: Cuius contemplatione quod tibi dominus negare possit, ignoscat. Et lib. 1. de Cain & Abel, Orandum (inquit) præcipiè & pro populo doceris, hoc est, pro toto corpore, pro membris omnibus matris tuæ , in quo mutuè charitatis est insigne. Si enim pro te roges, tantummodo pro te rogabis. Et si pro te tantum singuli oréti, minor peccatoris quam intercedentis est gratia . Nunc autem quia singuli orant pro omnibus, etiam omnes orant pro singulis. Ergo ut concludamus, si pro te roges, tantum ut diximus, pro te rogabis. Si autem pro omnibus roges, omnes pro te rogabunt: si quidem & tu in omnibus es. Ita magna remuneratio est, ut orationibus singulorum acquirantur singulis totius plebis suffragia. In quo arrogatia nulla, sed humilitas maior est & fructus vberior.
- Et Augustinus epist. 23. ad Bonifacium: Tota (inquit) mater Ecclesia, quæ in sanctis est, sancta & individua charitate sua adiuuat baptizados ad communicationem sancti Spiritus: quia tota omnes, tota singulos parit . Et libro 3. de baptismio contra Donat. dicit peccata penitentium
- Cap. 9.

C A P V T V.

118

tentium solui per gemitus columba, id est, Ecclesiæ. Et lib. 2. de bono perseuerant. Quando Cap. 23. (inquit) non oratum est in Ecclesia pro infidelibus ac inimicis eius, ut crederent? Quando fidelis quisquam amicum proximum, coniugem habuit infidelem , & non ei petivit à domino mentem obedientem in Christianam fidem? Vide & Gregorium Magnum lib. 35. Moral. cap. 5. & 6. tractantē illud, Facié Iob suscipiam. Hęc dicta sint propter superiora illa Ambr. verba, quæ obscuritatis nō nihil habere videbātur.

Scimus quia omnis qui natus est ex Deo non peccat, scilicet grande peccatum , quandiu seruat secundam nativitatem sive regenerationis gratiam. Sed generatio Dei, id est, semē Dei, ipse Spiritus sanctus regenerans: vel ipse Christus conservat eum, scilicet à peccato, idque confortando eum in pietate, & auertendo tentationes: & malignus non tangit eum, id est, diabolus (qui per Antoniasiam malignus dicitur) non laedit eum, sive non perdit eum, pertrahendo ad æternam damnationem , quia scilicet non persuadet ei peccatum. Tangere, in scripturis, significat perdere, ut Iob primo: Tange cuncta quæ possidet, vel laedere, ut Exod. 11. Adhuc una plaga tangam Pharaonem . Utrolibet modo accipi hic potest. Sed mentio tantū fit laetionis vel perditionis æternæ. Nam temporalis laetione malignus laedit & Iob, & Prophetas, & Martyres, ac ip- Iob 1. & 3 sum

Q. 6 sum

sum denique Christum occidit. obſidet etiam ſæpè infantes in Christo renatos, eōſque occidit. Illud (Qui natus eſt ex Deo non peccat) & aliter exponi potest, vt fiat fermo de his qui ex Deo nati ſunt, ſeu filij ſunt Dei ſecundum propositum & electionem Dei ad vitam ēternam: hi non peccant peccato ad mortem, conſeruāte iſos ab illo peccato regeneratore eorum Spiritu ſancto: Ideoque diabolus non pertrahit eos ad ēternam damnationem. Pro eo quod nos habemus (Generatio Dei conſeruat eum) Grācē legitur, Qui genitus eſt ex Deo, conſeruat ſeipſum, cuius hic eſt ſenſus: Niſi ſe quifque ex Deo natus diligēter & ſollicitē custodierit, facile à maligno ſubuertetur. Sed quia vigilat, ideo hostem malignum repellit, ne ab eo occidatur.

Scimus quoniam ex Deo ſumus, id eſt, ſcimus quod nos Christiani Dei filii ſimus, & veram ab ipſo habeamus doctrinam, ex eius gratia viuamus, vitemus peccata, custodiamus noſiſpos. Non ſentit hoc loco Ioannes quemlibet Christianum certum eſſe de ſeipſo quod filius ſit Dei, ſed quod quicunque veritatem habent doctrinæ, & virginitatem, eam ex Deo habeat, quaſi dicat: Scimus, quod quicunque eſt verus Christianus, ex singulari Dei gratia id habeat.

*Et mundus totus in maligno poſitus eſt. Et, pro quia ponitur. Sensus autem eſt: hinc maniſtum eſt nos Christianos non ſolis viribus noſtris, ſed*

pecu-

peculiari Dei gratia & donatione peccata vita-  
re & à maligno hoſte defendi: quia totus mun-  
dus, hoc eſt, totum genus humanū, quod mun-  
dum iſum inhabitat, illiq; adhæreſcit, ſub illo  
maligno nempe diabolo conſtitutum eſt. Teneſ  
enim malignus totum genus humanum ca- 2. Tim. 1.  
priuum ad ſuam iſipſius voluntatem, & ope-  
ratur in eo opera ſua mala, atque ita ad  
ēternam mortem pertrahit, nobis tantum ex-  
ceptis, qui Dei potentia & misericordia à ma-  
ligni eruimur dominatu. Porro illud (malig-  
no) masculini generis eſt, vt recte interpreta-  
tur Beda: quanquam neutraliter etiam accipi  
potest, vt idem ſit quod malitia. Totus enim  
mundus recte in malitia conſtitutus dicitur, quia  
omnis mundus ſeruus eſt peccati, & notanter  
dicit, totus, quia ſicut ait Ambroſius, omnes ho- In lib. de  
mines ſub peccato naſcuntur, quorum ipſe or- Apolo.  
tus in vitio eſt. Fuit Adam, & in illo fuimus Dauid,  
omnes: Periit Adam, & de illo omnes perierūt. cap. 2. &  
Hic locus igitur idem docet cū illo ad Roma- in cap. 15  
nos 5. Per vnum hominem peccatum in hunc Rom. 5.  
mundum intravit, & per peccatum mors, &  
ita in omnes homines mors pertransiit, in quo  
omnes peccauerunt. Nemo mundus à ſorde,  
ait Iob, nec infans cuius eſt vnius diei vita ſu- Iob 25. ſe  
per terram. Imò de omnibus verum eſt quod cūdū 70.  
de ſe ingemifcens canit David: Ecce enim in Psal. 50.  
iniquitatibus conceptus ſum.

*Et ſci-*

IN I. EPIST. IOANNIS

*Et scimus quoniam filius Dei venit, &c.* Ostendit vnde & à quo hęc quæ scribit religionis Christianę mysteria didicerit. Scimus (inquit) quod filius Dei qui ab æterno fuit, ex cælo in hunc mundum venit, dum homo factus est, & inter homines conuersatus, & dedit nobis Christianis, dum glorificatus ad dexteram Patris Spiritum suum effudit, *Sensem*, id est, mentem sive sciētiā, ut cognoscamus verum Deum, quem gentiles antea non nouerant, sed per falsos deos decepti vero Deo perpetuò rebellabant, eoque pessimi ac miserrimi erāt. Vani enim, hoc est, mali & miseri sunt omnes homines in quibus non est scientia Dei.

*Et si mus in vero filio eius.* Græci addunt, Iesu Christo. Non tantum (inquit) dedit nobis filius Dei, ut verum Deum cognoscamus, sed etiam ut si mus in Iesu Christo, qui est verus Dei filius, Simus (inquam) in eo sicut membra in capite, sicut palmites in vite, id est, ut meritorum spiritus, diuinitatis & vitæ eius participes simus. Phrasis est autem Hæbraica frequens in scripturis, qua loco relatiui reciproci repetitur antecedens; Sicut (pluit dominus à domino) quod Latine diceretur, pluit dominus a seipso. Sic pro isto, dedit nobis filius Dei, ut si mus in vero filio eius Latine diceretur, dedit nobis filius Dei ut si mus in seipso.

*Hic filius Dei Iesus Christus est verus Deus,*  
vnus

Gene. 19

C A P V T . V.

120

vnuſ cum patre suo & vita æterna, quia ab æterno vixit & semper viuet: siue potius, semper viuit, & nobis etiam vitam æternam donat. Dicit autem Ioannes Christianos verum nosse Deum ad differentiā gétilium, qui & se Deum seu deos nosse dicūt, sed hi ficti & falsi sunt, præ se ferentes quidem apud fatuos homines diuinitatem, nihil autem eius in se habentes. Christianum autem vocat verum filium Dei & verum Deum contra Ebionem & Cerinthū, putantes Iesum esse merum hominem & per gratiā tantum adoptionis Dei filium ac Deum vocari, quemadmodū de hominibus alijs dicitur: Ego Psal. 81. dixi, dij estis & filii excelsi omnes; cum adoptiuſ Dei filius & Deus adoptiuſ, nō verus Dei filius verisque Deus, sed factitia tantum eius figura sit & similitudo. Nos (inquit Concilium Aquileiense) per adoptionem filij sumus, ille secundum proprietatem generationis diuinitas. Quod confirmans Ambrosius in eodem concilio: Euangelista, inquit, Ioannes dixit in epistola sua de Christo, hic est verus Deus. Et ex hoc loco sumptum est illud Symboli Niceni, Deum verum de Deo vero: Genitum non factum consubstantiale Patri.

*Filioli, custodite vos à simulachris:* Quia ad quos hic Ioannes scribit, nuper erāt gentilitate conuersi, postquam eos aduersus hæreticos probè communiciuit, déque fraterna charitate, virtutum,

**I N I. E P I S T . I O A N N I S**  
 tum studio,fiducia in Deo habenda,& quomo-  
 do peccatorum remissio ab eo obtineretur ple-  
 nè instruxit , vitamque æternam & diem iudi-  
 cij ob oculos eis proposuit:nunc obiter admoner-  
 et, ne quo pacto ad gentilitatem cultumque  
 idolorum reuertantur. Vigebat enim tunc tem-  
 poris adhuc idololatria , & quia per Apostolos  
 Christi,aliisque fideles iam destrui incipiebat,  
 violentius sui cultum diabolus tueri nitebatur:  
 eoque maius tunc erat fidelibus periculum.

Simulachra vocat idola gentilium, à quibus  
 colendis & honorandis iubet ut se custodiant:  
 solenni precatione epistolam claudēs, *Amen*, in-  
 quirit, id est, fiat. Non dicit ergo hæc Ioannes  
 contra Christi & sanctorum imagines in Ca-  
 tholica Ecclesia vñitatas , vt in memoriam nos  
 reducat eorum quæ Christus & sancti piissimè  
 gesserūt, sicut scriptura sacra Christi & sancto-  
 rum acta describens , memoriam illis renouat  
 qui eam legunt, sed de gentiū imaginibus. nam  
**A&ftio.4.** vt septima, inquit, Synodus Niceę habita: Si ve-  
**Exod.25** tus scriptura habuit Cherubin obumbrantia  
 propitiatorium, & nos quoque imagines Iesu  
 Christi & sancte Deiparæ, sanctorumque ha-  
**A&ftio.7** bebimus obumbrantes altaria. Et iterum: San-  
 ctorum nostrorum & diuinorum patrum do-  
 ctrinę insistentes & Catholicę Ecclesię, in qua  
 Spiritus sanctus inhabitat traditionem obser-  
 uantes, definimus imagines in templis collocan-  
 das ha-

das habédasque,tum in sacris vasis & vestibus,  
 tum in parietibus,tum in tabulis , tum in ædi-  
 bus priuatis,in vijs publicis,maximè autē ima-  
 ginem domini & Dei Salvatoris nostri Iesu  
 Christi,deinde intemeratē dominę nostrę Dei-  
 parę, venerandorum angelorum & omnium  
 deinde sanctorum virorū:quò scilicet per hanc  
 imaginum pictarum inspectionem omnes qui  
 contemplantur ad prototyporum memoriam  
 & recordationem & desiderium veniāt, illisq;  
 salutationem & honorariam adorationem ex-  
 hibeant:non secundum fidem nostram veram  
 latram quę solum diuinę naturę competit, sed  
 quemadmodum typo venerandę & viuificantis  
 crucis,& sanctis Euāgelijs & reliquis sacris  
 oblationibus suffitorum (id est, incētorum) &  
 luminarium reuerenter accendimus, quemad-  
 modum veteribus plē hoc in consuetudinem  
 adductum est. Imaginis enim honor in proto-  
 typum resultat, & qui adorat imaginem , in ea  
 adorat quoque descriptum argumentum. Qui  
 cunque igitur sententias sacrę scripturę de ido-  
 lis contra venerandas imagines adducunt, ana-  
 thema. Qui venerandas imagines idola appellat, anathema. Qui dicūt quod imagines Chri-  
 stiani vt deos adorant, anathema. Qui scienter  
 communicant cum illis qui cōtra venerandas  
 imagines sentiunt aut dehonestant, anathema.  
 Qui prēter Christum dominū Deum nostrum  
 dixerit

Eadem  
actione.

**I N I. E P I S T. I O A N N I S.**

dixerit alium nos à cultu idolorum liberasse,  
anathema.Qui audent Ecclesiam Catholicam  
dicere idola aliquando suscepisse,anathema.Si  
quis Euangelicas narrationes per picturam re-  
presentatas nō acceptauerit, anathema.Si quis  
has non salutauerit in nomine Domini &c.  
sanctorum eius,anathema.Si quis tra-  
ditionem Ecclesiæ siue scripto  
siue consuetudine valen-  
tem non curauerit,  
anathema.Hæc  
Synodus.

**C O M M E N T A R I O R V M**

*in primam Ioannis Catholicam  
EPISTOLAM, FINIS.*

